



*Milton,
Peterborough.*

SCRIPTORES EROTICI

GRAECI

VOLUMEN SECUNDUM

HELIODORUM

CONTINENS.

Η Λ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Υ
Α Ι Θ Ι Ο Π Ι Κ Ω Ν
Β Ι Β Λ Ι Α Δ Ε Κ Α

HELIODORI
AETHIOPICORUM
LIBRI DECEM
GRAECE ET LATINE

TEXTUM RECOGNOVIT, SELECTAMQUE LECTIONIS

VARIETATEM ADIECIT

CHRIST. GUIL. MITSCHERLICH

PROFESSOR GOTTINGENSIS

P A R S P R I M A

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO VI.



I U V E N I

INTERIORI GRAECARUM LITERARUM SCIENTIA

CETERISQUE HUMANITATIS DISCIPLINIS

INSTRUCTISSIMO

CAROLO HENRICO PARRY

BATHONIO - ANGLO

AD SOLIDAE ERUDITIONIS GLORIAM

PATERNA VIA GRASSANTI

HELIODORUM A SE RECOGNITUM

HONORIS CAUSA

D. D. D.

CHR. GUIL. MITSCHERLICH

THE
LIBRARY OF THE
MUSEUM OF COMPARATIVE ZOOLOGY
AND ANATOMY
HARVARD UNIVERSITY
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
U.S.A.

NOTITIA LITERARIA

DE

HELIODORO.

HELIODORUS¹ Theodosii F. Phoenix Emese-
nus, Imperatorum Theodosii M. Arcadii atque
Honorii temporibus clarus, homo Christianus,
composuit admodum iuvenis² Αἰθιοπικὰ, 3 fabu-

1 Auctor in extremo libri
x Aethiopicon: τοῖονδε πέρασ
ἔχει τὸ σύνταγμα τῶν περὶ
Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν Αἰ-
θιοπικῶν, ὃ συνέταξεν ἀνὴρ
Φοίνιξ Ἑμεσηνὸς τῶν ἀφ' Ἡλίου
γένος Θεοδοσίου παῖς Ἡλίο-
δωρος. Photius Cod. LXXIII,
hanc ipsam clausulam referens,
non habet verba τῶν ἀφ' Ἡλίου
γένος, & pro Ἑμεσηνὸς legit
Ἀμινδυνός. Meminit iterum
Heliodori Codic. LXXXVII,
XCIV, & CLXVI.

2 Socrates v, 22, p. 287:
Ἄλλὰ τῷ μὴν ἐν Θεσσαλίᾳ
ἔθους ἀρχηγὸς Ἡλίοδωρος Τρί-
κhis τῆς ἐκεῖ γενόμενος Ἐπί-
σκοπος, οὗ λέγεται πονήματα
ἔρωτικὰ βιβλία, ἃ νέος ὢν συνέ-
ταξε καὶ Αἰθιοπικὰ προσηγό-
ρευσε. Totum hoc de Heliodo-

Heliod. P. I.

ro omittit Historia Tripartita,
Socratis locum Latine efferens
ix, 38. Photius autem cum
Heliodori Aethiopica recen-
suisset Cod. LXXIII, τοῦτον
δὲ, inquit, καὶ Ἐπισκόπου τυ-
χεῖν ἀξιώματος ὕστερον φα-
σίν. Dubium quidem videtur
hoc Valesio: neque enim satis
constat, inquit, utrum libri illi
de amoribus Theagenis & Cha-
ricleae ab Heliodoro Episcopo
scripti sint, an ab alio quoriam.
Sorellus plane falsum esse hoc
non dubitat. At saltim certum
est, Socratis & Photii tempo-
ribus hoc ita traditum fuisse. Et
alia exempla Ecclesiasticorum,
qui Erotica scripserunt, colle-
git Aeg. Menagius in Antibail-
leto.

3 Alio sensu Αἰθιοπικὰ scri-

a 4

VIII NOTITIA LITERARIA

lam disertam, elegantem & amoenam, scriptam
 prosa, complexamque amores castos & varias ia-
 ctationes Theagenis & Charicleae, libris X. Po-
 stea, teste Socrate, factus Episcopus Tricentis in
 Thessalia, auctor fuit moris, ut Clericus, qui post
 susceptum sacrum munus cum uxore ante Cle-
 ricatum legitimo matrimonio iuncta cohabitaret,
 deponeretur. Quod vero Nicephorus Hist. Eccl.
 XII, 34, addit, ¹ Synodum provincialem statuif-
 se, ut, quoniam lectione eius librorum iuvenes
 multi in periculum pudoris conicerentur, ipsos
 vel igni abolendos daret, vel Episcopatu cederet;
 atque Heliodorum Episcopatu excidere, quam
 scripta sua abolere, maluisse: hoc merito fabulo-
 sum videtur viris doctissimis, Valesio ad Socratem
 p. 72, Petavio apud Vavassorem & Vavassori ipsi
 p. 149 de ludicra dictione, Sorello in Observa-
 tionibus ad L. XIII Pastoris sui insanientis (*Ber-
 ger extravagant*) p. 685, Huetio de Orig. fabula-
 rum Romanensium p. 36, & Baelio in Dict. hist.
 crit. T. II, p. 1499. Meminit Heliodori huius Αι-
 διορικῶν scriptoris, Photium praeter & Socratem

pserat Bion Solensis, de quo La-
 ért. IV, 58, & Philo, cuius
 rerum in Aethiopia & per Ae-
 thiopes gestarum historiam lau-
 dat Antigonus Caryst. H. mir.
 c. 160. Sed Heliodorus Αιθιο-
 πικὰ scripsit, ut Iamblichus
 Βαβυλωνικὰ, Aristides Μιλη-
 σιακὰ, i. e. fabulam sive dra-
 ma profarium de Amoris
 Charicleae, Aethiopum regis

filiae, & Theagenis Thessali.
 Pro numero librorum x, in
 quibusdam est capitum xxix.

¹ Severitatem Synodi maio-
 rem, quam opuserat, fuisse no-
 tat Voss. IV de Hist. Gr. pag.
 487. Certe multum abest, ut
 alii scriptores erotici pudorem
 Heliodori semper imitati fue-
 rint.

ac Nicephorum, Elias Cretenfis ad Orat. XVII Nazianzeni &c. Mich. PSELLI iudicium ineditum de Historiis Charicleae & Leucippes laudat, & ex eo nonnihil profert Leo Allatius de patria Homeri p. 79. Aethiopica Heliodori, antequam ederentur, legit & locum e libro ipsius decimo sub scriptoris non dilutae auctoritatis elogio Latine attulit Politianus Miscell. c. III.

Lucem vidit Heliodorus primum Graece Basi-
leae 1534. 4. ex officina Hervagiana, cum prae-
fatione *Vincentii Obsopoei*, qui ex Bibliotheca Ma-
thiae Corvini, Hungariae regis, a milite quodam
direptum redemit. Haec editio, cum MSS. Codi-
cibus ab Andrea Schotto, ni fallor, vel G. Can-
tero, diligentissime collata, fuit in Bibliotheca
Marquardi Gudii.

Hervagianam secuta est *Hier. Commelini* editio,
hac epigrapha insignita: Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν βιβλία
δέκx: *Heliodori Aethiopicorum libri X. collatione MSS.
Bibliothecae Palatinae & aliorum emendati & multis
in locis aucti, Hieron. Commelini opera. Apud Hier.
Commel. 1596. 8.* Praeter Palatinum Codicem,
quem totum diligentissime contulit Commeli-
nus, ad manus fuere variae lectiones, e Vaticano
Codice opera Andr. Schotti descriptae, quibus &
suas idem vir doctus haud paucas coniecturas ad-
iecerat; tum lectiones alius Codicis, quocum He-
liodorum G. Xylander conferendum curaverat,
cuius tamen ἀντίγραφον ipsi inspicere haud conti-
git; denique idem ipse Matthiae Corvini Codex,
Hervagianis typis expressus. Atque horum MSS.

ope adiutus editor multa loca, quae in editione Basileensi corrupta essent aut mutila, feliciter perfanavit, ac pristinae integritati restituit. In eadem editione adiecta legitur versio *Stanislawi Warszewiczki*, nobilis Poloni. Recusum est hoc Commelini exemplum, adiecta sententiarum ex isto opusculo collectarum serie, & rerum insigniorum indice, *Lugduni, apud viduam Ant. de Harfy, 1611. 8.*

Post Commelinum operam suam Heliodoro addixit *Ioan. Bourdelotius*, cuius editio *Lutetiis Parisiorum* hoc lemmate prodiit: 'Ἡλιοδώρου — — *Io. Bourdelotius emendavit, supplevit, ac libros decem Animadversionum adiecit, — — apud P. Ludovicum Feburier, 1619. 8.* Cum Bourdelotium nullis Codd. suffultum ad Aethiopica edenda accessisse satis constet, in promptu est iudicare, quantum professioni isti, qua Heliodorum a se suppletum iactat, omnino tribuendum sit. Quo eodem loco habendum est alterum, quo emendatius Aethiopica a se edita profitetur, quandoquidem vix unum & alterum locum reperias, in quo a Commeliniano textu recesserit, aut novam in confragosis locis Critices ope, qua omnino parum valuit, viam aperire studuerit. Tanto fatius ei visum est, Animadversionum spissum volumen adiacere, plenum rerum vulgarium, & ad Heliodori lectionem iuvandam plane inutilium.

Dan. Pareum editorem iactat ed. *Francofurtenfis a. 1631*, vanissimo hoc titulo inscripta: 'Ἡλιοδώρου — — *collat. MSS. Bibliothecae Palat. & aliorum emendati & multis in locis aucti, atque in capi-*

ta ordine distincti, cura & labore D. Parei. Francof. apud Guil. Fitzer, 1631. 8. Quae enim Parei in edendo Heliodoro partes fuerint, cum nihil plane, id quod iure exspectari poterat, hac de re lectorem monuerit, atque praefationem adeo adhaerere superfederit, vix coniectando assequaris. Nam & textum e Commeliniano exemplari cum Warsevicii versione fideliter expressum videas, & variae lectiones, ex eodem libro descriptae, in calce libri appositae sunt, nulla prorsus crisi ab eo adhibita. Igitur a librario (cuius etiam est dedicatio, in fronte libri praefixa) suspensam in eius vestibulo hanc fuisse hederam, qua ignotos falleret, vix dubitandum videtur.

Nostri aetate ad Heliodorum denuo typis evulgandum illustrandumque assiluit *I. P. Schmidius* (Lips. 1772. 8.) quae tamen eius opera nostro parum profuit. Satis enim habuit, Bourdelotii animadversiones recoctas apponere, & subinde e suo penu aliquid depromere, quod nec ipsum ita comparatum est, ut Heliodori lectionem inde expeditiorem factam iure laetari possimus. Crisim raro attigit; in quibus autem locis factum est, parum feliciter in ea collocatam eius operam deprehendimus. Ut taceamus vitia typographica, quibus ista editio scatet innumeris.

Nos quidem in adornanda hac editione legem, in edendis Scriptoribus eroticis nobis dictam, sancte servandam duximus, nostramque operam in detergendo poliendoque, quantum fieri posset, orationis contextu continuimus. Quae ne va-

na ac temeraria esset opera, redeundum fuit ad exemplum Commelinianum, & quae ibi expositae essent, copias criticas. Quibus quidem ita usi sumus, ut, si quam probabiliorem ibi lectionem e Codice quopiam enotatam videremus, ipsi textui eam audacter immitteremus, ceterasque varias lectiones, quae alicuius momenti viderentur, excerptas eidem subiiceremus. Contulimus quoque Cod. Taurinensis lectionum farraginem, per Dorvillii ad Charitonem commentarium sparsam ac diffusam; neque poenituit nos suscepti huius negotii, per se satis molesti ac taedii pleni, cum proficuum admodum emendando Heliodoro impensam istam cognossemus operam. Haud raro enim in turpi ceterorum librorum consensu supeditatas ab isto Codice lectiones vidimus probatissimae diversitatis, quas quidem, cum severiorem minime reformidarent critice, & Heliodoreae loquendi formae apprime responderent, tanquam genuinas auctori suo restituere haud dubitavimus. Raro ipsi coniecturis indulsumus, rariufque iis in ipso textu locum concessimus, alieni a Toupiana aliorumque levitate, suum belle, pulchre, verissime! ubique sibimet acclamantium, probeque memores, quam saepius nostrum inventi blandimento fallatur corrumpaturque iudicium. Denique in congerendis, quae per Observationum libros aut alibi reposita ac dispersa meminissim, virorum doctorum conaminibus, ad iuvandam Heliodori lectionem institutis, aliquid meum spectari volui studium: data enim

opera ut illud persequeretur, curiosissimisque oculis ac digitis tales libellos perstreperem, id vero neque otii mei erat neque ingenii. Quae igitur ad Heliodorum facientia ferius animadverti, haec in fascem collecta, lectorum iudicio hic subiicere haud gravabor :

Lib. IV, 11, p. 242. Εἶχεν ἀποκειμένην ἐν κυστίδι sc. ταινίαν. Malim κιστίδι. *Jung. ad Polluc. L. X, p. 1318.*

Lib. IV, 16, p. 252. Ὀλκάδα μυριαφόρον. Lego: ὀλκάδα μυριοφόρον. *Idem ad eundem IV, p. 447.*

Lib. IV, 18, p. 259. Ἐμοῦ δὲ τήν τε ἐστίαν ἐσχάραν εἰς βαμὸν ἀνάψαντος, καὶ λιβανωτὸν ἀπθύσαντος, ἐπώμνυν ὁ Θεαγένης. Bourdelotium non moror, & emendo ἐστίας ἐσχάραν, domestici foci craticulam; & λιβανωτὸν ἐπιθύσαντος. *Valken. ad Ammon. I, 11, p. 48.*

Lib. V, 2, p. 9. Ὅσον ἡρινῆς ἀηδένος ἔλειον ᾧδὴν ἐν νυκτὶ μυρομένης) Optimi Commelini coniecturam αἰλιγὸν legentis, & prorsus geminum locum e Sophocle afferentis, improbare non possum, cum & Moschus sic ordiatur suum ἐπιτάφιον Βίωνος. Αἰλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι καὶ Δάριον ὕδωρ. quamvis aliquando incideret apud Heliodorum ἔλεγον, a flebilibus elegis. Sed hoc argutum nimis, mihi que primo evilescat. *Jung. ad Polluc. L. I, p. 39.*

Lib. V, 16, p. 37. Τὴν τῆς θυσίας πολυτέλειαν) Ita vulg. τῆς οὐσίας πολυτ. corrigi oportere, vidit quoque *Valken. ad Eurip. Phoen. v. 712.*

Lib. VII, 9, p. 154. Τί σε νέον ἢ καινὸν ἀλγύνει πάθος;) Νέον ἢ καινὸν suspectum mihi valde videtur, est enim fere unum idemque, neque opponi sibi potest recte νέον καὶ καινὸν, licet supra L. IV πάθος τε καινότερον occurrat, atque alibi νεαρόν. Quare vix dubium mihi haeret, quin legendum hic fuerit νέον ἢ ξέον, novum aut insolitum & peregrinum. Nisi legendum hic potius videatur καινόν h. e. letiferum, interfi-

ciens, a *καίνω* occido, *perimo*, unde *καίνις*, *caedes*, *mors*, *strages*, ut notum; vel etiam leg. *καίριον*, *letiferum*, *periculosum*, quod saepe apud Hippocratem & Dionys. Halic. occurrit; vel denique scribendum *αἰνόν*, *difficile*, *grave*, *horrendum*, quae omnia apte huc quadrare nemo non animadvertit. *Triller Obss. crit.* III, c. 15, p. 214.

Lib. VIII, 1, p. 214. Ἐξήτει μὲν καὶ τὰς Φίλας) Ita pro ἐξήτει cum Palat. MS. legere malo, uti & post: ἐξήτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδ. *Iungerm. ad Polluc.* VIII, p. 962. Idem & nos maluimus.

Lib. VIII, 7, p. 235. Καὶ τοῖς διακονουμένῃς Ἄβρας οἴνου κεκραμένου κύλικας ἐπιδούσης) H. e. *cum puella mensae ministrans mixti vini calices porrigeret.* In ed. Bas. legitur Ἀῦρας, male. Ἄβρα nomen est ancillae, opulentiorum olim subservientis uxoribus. *Iung. ad Poll.* IV, p. 440.

Lib. IX, 22, p. 320. Τὸν γοῦν ποταμὸν τοῦτον, εἶτε καὶ καδ' ὑμᾶς δεόν, καὶ κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον) Haec ita vulgo vertuntur: *Ceterum, cum fluvium hunc, seu vestra opinione Deum, & omnium fluviorum cumulum, in- epte omnino & perquam frigide, si quid iudicem; quod & dudum viderat C. Barthius Lib. V Adv. c. 20, p. 250.* Quid enim quaeso illud *fluviorum cumulum?* cum vertendum potius esset per *alveum, ambitum, spatium ambitiosum, capacitatem, colluviem & voraginem* & similia, ut notum. *Κῦτος* quippe, aut *κῦτος* (nam utrumque scribitur) *Hesychio* interprete, idem est ac *σῶμα, ὄγκος, χόρημα, βέδος* &c. quemadmodum & *Suidas* alique vocem hanc recte exponunt; de qua plura vide sis apud *Arnald. Lect. Gr.* I, 13, p. 88. Quibus iam addo locum ex *Constitutionibus Apostolicis Clementis*, ut creditur quidem, L. VIII, p. 139. b. ed. Ven. a. 1563: ἄβυσσον καὶ μέγα κῦτος περιδεῖς, ubi tamen in ipso MS. exstat κῆτος, quomodo etiam apud *Hesychium*, *Lucianum*, & alios occurrit, forsan minus recte, ut qui-

dem cenfet Arnaldus; nifi fortaffis utrumque potius rectum fit, de quo ulterius cogitandum. Licet igitur κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον hoc fenfu de Nilo optime dici poffe videatur: tamen maiore aliquo atque fplendidiore elogio Nilum hic ornare voluiffe Heliodorum, quam ut eum nude appellaret κῦτος, patet, nifi fallor, ex antecedentibus, καὶ ἡμᾶς δεῖν. Quamobrem hic legendum potius cenfeo: καὶ κῦδος ἅπαν τὸ ποτάμιον, vel ἅπάντων ποταμῶν, omnium fluviorum prima gloria & decus fluviatile, ut fic loqui liceat. Quemadmodum fcilicet Ariftid. in orat. Aegyptiaca extrema pag. 364, T. II ed. Iebb. pari emphafi parique venufate dixerat: Νεῖλος ποταμῶν οὐχ ἦττον κάλλιστος, ἢ μέγιστος, καὶ χρεῖζ καὶ θεῶν ἠδονῆ, καὶ ταῖς πάσι πολὺ νικῶν· item Theophyl. Simoc. L. VII H. Mauric. cap. 17, p. 365: οὗτος ὁ Νεῖλος μέγιστος ἅπάντων τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην καθεστῶς ποταμῶν· & alibi, μέγιστος καὶ κῦδιστος ἅπάντων ποταμῶν. Adde & Iuliani Ep. I, & alibi. Plura eiusmodi praeclara elogia collegit olim Wendelinus in libro de Admirandis Nili. Κῦδος autem ἅπάντων ποταμῶν, Nilus hic eadem elegantia eodemque pondere dicitur, ac alias apud Graecos κῦδος ἀνάκτων, θεῶν, ἀστέρων, Ἀχαιῶν, σοφῶν, ἡρώων, ἰατρῶν, παρθένων, aliaque in hunc modum plura apud Homerum, Pindarum & alios; quomodo & apud Latinos fic magna ac prima gloria Ducum, Teucrum, puellarum, Deum, urbium &c. dici frequenter folet. Sic tritiffimus ille eft Martialis verfus (XIII, 92) *Inter quadrupedes gloria prima lepus*. Haec Triller Obfl. crit. III, 15, p. 215. Wesselingius contra ad Diod. Sic. III, p. 185, hunc locum ita refingit: καὶ κῦτος ἅπαν τὸ ποτάμιον, i. e. crocodilos, hippopotamos, eiusdemque generis alia animalia, quibus Aegyptii divinum honoris cultum deferebant.

Lib. X, 17, p. 370. Πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῶ παύσει τὴν καρδίαν σμυχνόμενος) Posteriora ne verterent, interpretes credo deterruiffe difficultatem, quam ta-

men tollere Vatic. Cod. ope pronum est, modo *πυρὶ*, quod is praebet, pro *περὶ* adsciscamus. Possis τῷ *πάθει* quasi per *ἐπεξήγησιν* appositum fervare; sed reiectum liberabit orationem ingrato tractu, & sententiae vim atque acumen argutius adstruet: *ipse maiore, quam in aris ardebat, sollicitudinis aestu confectus*. *Hemsterh. ad Lucian. T. I, p. 352.*

Lib. X, 21, p. 376. Παρὰ τὸ οὖς τῆ Περσίην προκύψασα) Leg. *πρὸς τὸ οὖς τῆ Π. προσκύψασα*. *Valken. ad Eurip. Schol. in Phoen. p. 714*

Lib. X, 28, p. 388. Ἀνδρείῳ τῷ λήμματι κινούμενος) Leg. *λήματι κινούμενος*, *generoso animi impetu motus*. Cf. *Aristoph. Ran. 615. Eurip. Rhéf. 245. Hippol. 206. Valken. ad Ammon. p. 142.*

Lib. X, 31, p. 395. Theagenes cum exercitatissimo athleta luctaturus, & aut vincere aut vinci paratus, quia de constantia amoris Charicleae fere desperabat, ita ratiocinatur: *ἵνα τι ῥέξας, ἢ παθὼν, ἐμπλήσω Χαρίκλειαν, τὴν σιωπῶν εἰς δεῦρο τὰ κατ' ἡμᾶς καρτεροῦσαν*. Hic quaero, quid tandem sit *ἐμπλήσω Χαρίκλειαν*; nam sensus lascivus hoc quidem loco nullo plane modo inferri & tolerari potest. Quid multa? Unica tantum litera fraudi hic fuisse videtur bono interpreti; qua mutata, ut decebat, genuina lectio illico, credo, redibit loco huic alias perquam obscuro. Legendum nimirum modeste conicio, non temere impero, *ἐμπλήξω Χαρίκλειαν*, *percellam, percutiam, commovebo Charicleam*, sensu fane elegantissimo. *Triller Obsf. crit. III, 15, p. 218.*

Haec quidem haecenus. Restat ut de Heliodori versionibus pauca moneamus. Ac *Latinam* haud inelegantem, cum argumentis, expertus est opera *Stanislai Warschewiczki*, nobilis Poloni, Bas. 1551, fol. apud Oporinum. Fallitur adeo *Baellius*, qui in *Lexico* affirmat, Heliodori editionem

in folio esse Graeco-Latinam. Separatim versio Latina Heliodori recusa est *Urfell*. 1601. 8. *ex officina Corn. Sutorii*, & *Lugd. Bat.* 1637. *apud Ge. van der Marfe*. Inter libros ab Oporino excusos memoratur Heliodorus, Graece innumeris locis emendatus a Guil. Cantero, & Latine a Warfchewickio versus in 8. quod falsum est.

Gallice Heliodorus translatus est, auctore *Iacobo Anioto*, *Parif.* 1549 & 1559, fol. & 1575, 1583, & 1588, in 12. quae versio ipsi ¹ Abbatiam conciliaffe dicitur, licet auctor, quem transtulit, hoc ipso opere Episcopatu fertur excidisse.

Alia Gallica versio paullo nitidior, nescio quo auctore, (*Io. de Montilard* perhibet *Paciaud*. *Proloqu.* pag. 48.) cum pluribus nec inelegantibus imaginibus in aes incisis prodiit *Parif. apud Sam. Thibouft.* 1623. 8.

Denuo Heliodorus in linguam Gallicam translatus prodiit *Amstelod. apud Herm. Vytwerck* 1727, cuius auctor satis habuit dedicationi subscribere: *Abbas de F * * **. Recusa est ista versio *Londini* (*Parif.*) 1743, & *Parif. apud Coustelier* 1757. 8.

Metaphrasin *Melipi San Gelasii* (*de Saint Gelais*) Episcopi Engolismensis, qui carmine ² Gallico partem Heliodori transtulisse traditur, haud videre contigit.

Hispanice e Latino per *Ferdinandum de Mena*, *Toletanum*, recensente *Caesare Oudino*, *Parif.*

¹ *Baillet Jugemens de Savans* T. I, p. 557. Cf. *Teiffier* Elog. T. II, p. 152.

Heliod. P. I.

² *Sorel* *Remarq. sur le XIII* livre du Berger extravagant p. 685. *Bayle* *Diction.* p. 1499.

XVIII NOTITIA LITERARIA

1616. 12. *La Historia de los dos leales amantes Theagenes y Chariclea. trasladada de latin en Romance por Fernando de Mena, vezino de Toledo: vista y corregida por Cesar Oudin.* Antiquiorem editionem, Lutet. a 1612. curatam, laudat Paciaud. in Proloqu. ad *Eroticos SS.* p. 48. Utraque fluxit ex ed. pr. a. 1585. en Alcalá de Henares emissa, in qua interpres de Menavezino inscribitur, teste eodem Paciaud. l. 1. Aliam versionem ineditam *Iani Vergerae* memorat Nic. Antonius in *Bibl. Hispana.*

Italice: Historia delle cose Ethiopiche — — tradotta della lingua Greca nella Toscana da Leonardo Ghini. In Vinegia, appresso Gabriel Giolito de Ferrari, 1556. repetit. a. 1586. tum 1623 & 1638 Venetiis apud Gerard. & Iosephum Imbertos.

Germanice absque auctoris nomine & anni nota Heliodorus prodiit *Norimbergae apud Endter & Wolfgang.* Forte haec eadem versio est, quam curavit *Io. Zschorn.* Westhofii in *Alsatia ludimagister,* quam alteram & denuo recensitam dicit *Fabricius* *Francof. a. 1580. 8.* Alia versio evulgata est *Ienae 1750,* cuius auctor latere voluit sub lit. *W. C. W. A.* Novissima denique, a *Meinhardo* curata, *Lips. 1767. duobus Voll. 8.*

Anglice Heliodorum interpretati sunt: *Tho. Underdowne* *Lond. 1587. 4.* & *W. Lisle* *Lond. 1622. 4.* Tum *N. Tate: Aethiopian Adventures, or the History of Theagenes and Chariclea. Written originally in Greek by Heliodorus. In ten Books. The first five translated by a Person of quality, the last five by N. Tate. London. 1686. 8. rec. 1753. 8. Novissima*

eaque elegantissima versio, auctore anonymo, prodiit hoc titulo: *The Adventures of Theagenes and Chariclea. A Romance. Translated from the Greek of Heliodorus.* London 1791. 2 voll. 12.

Anglico carmine hexametro Heliodorum reddere conatus est *Abrah. Fraunce* Lond. 1591. 8. cuius initium videre licet in *Actis Erudit.* a. 1687, p. 580.

Belgice. Amstelod. 1669. 12. &

Polonice. Vilnae, 1606. 8.

Veram esse historiam, quam Heliodorus descripsit, licet subinde instar Herodoti paradoxis refertam, sensit Obsopoeus, Phil. Melanchton, & auctor praefationis ad Germanicam versionem. Sed non magis assensum nostrum meretur, quam quod affirmantem G. Calixtum inducit C. W. Eybenius ad Eponymologicum criticum Magiri p. 426, licet nihil tale habet Calixtus de coniug. Clericorum p. 419, Heliodorum libros suos conscripsisse lingua Aethiopica; vel quod Menag. T. II Anti Bailletti p. 334, Heliodorum primo loco recensens inter eos, qui officio sacro functi amatoria vulgare non dubitarunt, scribit Aethiopica eum sua composuisse, cum iam esset Episcopus; vel quod Sorellus a ¹ Baelio confutatus negavit auctorem Aethiopicorum fuisse Christianum. Ceterum in locorum descriptione fide haud indignus esse videtur scriptor certe venustissimus, licet non satis Atticum observet Graevius notis ad Luciani Soloecist. p. 746. Ita quoque de Helio-

¹ Bayle in *Heliodore*, nota (E.)

doro Salmasius praef. ad Achillis Tatii Erotica: Veteres Scholiaetae aliquando scriptum hoc Achillis Tatii citant nomine *Λευκίππης*, ut Heliodori Aethiopica sub titulo *Χαρικλείας*. Hi duo sunt optimi ac praestantissimi *Ἐρωτικῶν* auctores, qui hodie exstant, & terantur manibus hominum otiosorum, & elegantis inertiae studiosorum. Reliqui omnes, Eustathii & Prodromi, nugae sunt praef. istis, vix digni, qui legantur. Heliodorus Achille difertior, & in operosiore dicendi genere eloquentiam, quam promittit ac praestat, etiam venditans. Certe abundantior est, & tractatu limido & amoeno diffusae orationis lectorem allicit ac tenet. Iste (Achilles) simplicioris & magis inaffectatae elegantiae sectator, ut plane in eo agnoscas peculiare Alexandrinis vernulis argutias, & delicias nativi sermonis miro sale ac suavitate conditi. Succinctior ubique est, & vibrantes sententias ex abrupto intorquens. Argumenti varietas & accidentium mutatio in Heliodoro mirabilior, (quandoque etiam citra necessitatem & nodum vindice dignum interveniente Deo ex machina) quamvis nec Achilles hac in parte sibi defuerit. Sed *ἐπισόδεια* intermiscuit paullo lasciviora, cum semper sit castus Heliodorus. Praetereo, quae de Heliodoro erudite, ut solet, & eleganter Huetius de orig. fabb. Rom. p. 36 sq. post alia denique observans, a sequentium temporum fabulatoribus Heliodorum tanquam exemplum propositum sibi ad imitandum, perinde ut a poetis fere Homerum. Quod de recentioribus etiam non

paucis fabularum Romanensium scriptoribus verum esse constat, ut in Gasp. Gilli, Hispani, Diana, Latine a se sub Erotodidascali nomine edita, observavit Casp. Barthius, in Guarini Myrtilo, & Urfaei Sylvandro Huetius. Conf. Claudii Quilleti Callipaediam L. III, p. 43 ed. Paris. 1556. 8. Elegans epitome, nec minus perspicua quam brevis, librorum Heliodori concinnata est a Guil. Cantero L. I Nov. Lect. c. 19. Idem loca nonnulla eiusdem scriptoris castigat in libro de ratione emendandi auctores, & Novar. Lect. III, 9, probans iudicium viri docti, qui epicis poëtis diligenter legendum Heliodorum, & licet prosa decurrat, pro optimo exemplari illis proponendum suavit. Epitomen Aethiopicorum Heliodori edidit etiam cum quibusdam observationibus & narratione de parentibus suis Mart. Crusius, Francof. 1584. 8. Sed & Iohannes Scholvinus, Lubecensis, Aethiopissam Tragicomoediam vulgavit versibus Latinis, cuius argumentum fatetur se ex Heliodori Aethiopicis petiisse, Francof. 1608. 8.

EX PHOTII BIBLIOTHECA

COD. LXXIII.

ἈΝΕΓΝΩΣΘΗ Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικά. ἔστι δὲ τὸ σύνταγμα, δραματικόν. Φράσει δὲ πρεπούση τῇ ὑποθέσει κέχρηται. καὶ γὰρ ἀφελεία καὶ γλυκύτητι πλεονάζει, καὶ πάθεσι δὲ τὰ μὲν παροῦσι, τὰ δὲ ἐλπιζομένοις, τὰ δὲ ἀνεπίστοις διαποικίλλεται ἢ οἰήγησις, καὶ παραδόξοις δὲ ἐκ συμφορῶν σωτηρίαις. λέξεσί τε εὐσήμοις καὶ καθαραῖς· καὶ εἴ που, ὡς εἰκὸς, καὶ ταῖς εἰς τροπὴν κλινοῦσαις ἀποχρήσαιτο· εὐσημοὶ τέ εἰσι, καὶ ἐναργῶς παριστῶσαι τὸ προκείμενον. περίοδοι σύμμετροι, καὶ εἰς τὸ βραχύτερον· οἷα δὴ καὶ ἡ συνθήκη τε καὶ τᾶλλα τῶ

LEGIMUS Heliodori Aethiopica. Opus est dramaticum, ea phrasi, quae argumentum conscriptum deceat. Multa enim est in eo sine affectatione simplicitas, atque iucunditas. Affectibus praeterea rerum partim praesentium, partim speratarum, aut insperatarum, temperata narratio est, salute saepenumero praeter opinionem in mediis calamitatibus allata. Verba quoque adhibentur significantia & pura, quae si interdum, ut par est, in figuram deflectantur, perspicua tamen sunt, evidenterque propositam rem exhibent. Periodi etiam, pro subiecta re, aptae: quippe aliquanto breviores, contractioresque. Compositio denique, ut cetera omnia, narrationi

λόγω ἀνάλογα. ἔρωτα μὲν ἀνδρὸς ὑφαίνει καὶ γυναι-
κός· σωφροσύνης δὲ δείκνυσι πόθον καὶ Φυλακὴν ἀκριβῆ.

Καὶ ἔστιν αὐτῶ ἡ τοῦ δράματος ὑπόθεσις Χαρίκλεια
καὶ Θεαγένης, σώφρονες ἀλλήλων ἔρασταί· καὶ πλά-
νη τούτων, καὶ αἰχμαλωσία παντοδαπῆ, καὶ Φυλακὴ
τῆς σωφροσύνης. τὰ δὲ ἐμφερόμενα ὀνόματα, καὶ ὡς ἐν
κεφαλαίῳ τὰ πάθη, καὶ αἱ πράξεις, ἑορτὴ Ἀθηναίων,
καὶ Χαρίκλεια ἱερατεύουσα, καὶ Θεαγένης σταδιοδρό-
μος, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔρωσ ἀπὸ τῆς ὄψεως, καὶ νό-
σος Χαρικλείας ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, καὶ ἀρπαγὴ ταύτης
ἐκούσης ἀπὸ Χαρικλέους, ὃς ἐνομιζέτο αὐτῇ πατήρ, (καὶ
Θεαγένης δ' ἦν ὁ ἥρπαικὸς διὰ Καλατίριδος) ἀπόπλους
καὶ κατάπλους ἐπὶ Ζάκυνθον, καὶ ἔρωσ τοῦ ναυάρχου
πρὸς Χαρίκλειαν, καὶ πεπλασμένη παρὰ Καλασίρι-
δος τοῦ γάμου ὑπόσχεσις, καὶ κατάλυσις παρὰ τὸν
αἰγιαλὸν, τῶν περὶ Χαρίκλειαν· καὶ μῆνυσις περὶ τοῦ

ipfi accommodata, qua viri quidem feminaeque refer-
tur amor, sed qui castitatis praeferat desiderium, custo-
diamque accuratam.

Dramatis huius argumentum auctori praebuere Thea-
genes & Chariclea, caste inter se ac pudice amantes,
cum ultro citroque iactati errarunt, & capti etiam iden-
titem, fidem tamen coniugalem constanter servarunt.
Ergo nomina horum adducuntur, & summatim quidquid
passi sunt, egeruntve. Atheniensium festus dies, quo,
Chariclea sacerdote, Theagenes cursu certat: ab oculis
tunc natus invicem amor, ortusque ex eo morbus in
Chariclea, quae rapta, non invita, e domo Chariclis,
qui parens habebatur. Raptor vero, opera Calasiridis,
Theagenes. Abnavigatio atque appulsio in Zazynthum.
Navarchus Charicleae amore capitur, & ficta promissio
facta a Calasiride coniugii. In litore Chariclea hospitio ac-

ὑποδεξαμένου ἀλιέως, ὅτι Τραχῖνος ὁ λήσταρχος ἀρ-
παγὴν τῆς κόρης βουλεύεται καὶ ἀπόπλους διὰ τοῦτο
Καλασίριδος, καὶ τῶν περὶ Χαρίκλειαν, καὶ ἐπιδιώξας
Τραχίνου, καὶ κατάληψις τῆς νεώς· καὶ ἔρωσ Τραχι-
νου, καὶ ὑπόκρισις εἰς συγκατάθεσιν Χαρικλείας· καὶ
ἐξαίτησις Θεαγένους, ὡς ἀδελφοῦ, ὡς δὲ πατρὸς, Κα-
λασίριδος· καὶ ἐκπλήρωσις τῆς αἰτήσεως, καὶ τρικυμία
θαλάσσης, καὶ διαφυγὴ ναυαγίων, καὶ προσόρμισις
μέρεσὶ τισὶ τῆς Αἰγύπτου· καὶ Τραχῖνος τοῦ γάμου
Χαρικλείας μιμησκόμενος, καὶ Καλάσιρις ὁ δῆθεν πα-
τὴρ ὑπισχνούμενος, καὶ ἀπάτη, καὶ γαμήλιος εὐωχία·
καὶ Πελώρου ἔρωσ, Καλασίριδος παροτρύνοντος, καὶ ἔρις
Τραχίνου καὶ Πελώρου περὶ Χαρικλείας· καὶ τέλος
σφαγὴ, καὶ ἀπώλεια παρ' ἀλλήλων τῶν ληστῶν,
συνεργούσης καὶ Χαρικλείας τῇ ἐκείνων ἀπώλειᾳ τοῖς
τοξεύμασι· καὶ Θρήνος Χαρικλείας ἐπὶ Θεαγένην τραύ-

cepta, & indicium factum a piscatore, qui receperat,
Trachinum quendam, latronum praefectum, virginis rap-
tum meditari. Hinc Calasiridis fuga & Charicleae: quos
Trachinus infectatus navem capit, captusque amore est,
& Chariclea nuptias velle fingit. Expostulatio Theagenis
ut fratris, Calasiridis vero, ut parentis, qui & voti com-
potes redditi. Maris hinc tempestate suborta & naufragium
vitant, & ad quandam Aegypti oram navem ap-
pellunt. Charicleae nuptiarum a Trachino facta mentio,
& Calasiridis, ficti parentis, promissa atque deceptio,
nuptiali epulo instituto. Pelori amor, incitante Calasiri-
de, & contentio Trachini & Pelori super Chariclea. Stra-
ges hinc tandem nata, mutuaque latronum internecio,
quam ipsa quoque Chariclea mittendis in illos telis mul-
tum promovit. Luctus Charicleae super Theagene, vul-

μασι κείμενον· ληστῶν πάλιν ἄλλων ἕφοδος, καὶ τούτων ἐπὶ Χαρικλείᾳ ἐκπληξίς· εἶτα σύλληψις αὐτῆς καὶ Θεαγένους, καὶ ἀπαγωγή πρὸς Θύαμιν, ὃς ἐπῆρχε τῶν βουκόλων ληστῶν· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὄνομα, ὅσοι τὴν νῆσον ᾤκουν. ἔρᾳ πάλιν Θύαμις Χαρικλείας, καὶ Θεαγένης εἰς ἀδελφὸν ὀνομάζεται. ἐπιδρομὴ κατὰ τῶν βουκόλων καὶ πόλεμος· καὶ σφαγὴ τῶν βουκόλων, καὶ φυγὴ Θυάμιδος, καὶ φυγὴ Θερμούθιος, Κνήμονος καὶ Θεαγένους· καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ Χαρίκλεια, καὶ Θίσβη κατὰ τὰς εἰσόδους τοῦ σπηλαίου ἐσφαγμένη κειμένη νεκρά· καὶ Θεαγένους ὡς ἐπὶ Χαρικλείᾳ πένθος ἀφόρητον, ἕως ἔνδοθεν Χαρίκλεια ἀνεβόησε· καὶ ἀπορία ἐπὶ τῆς Θίσβης τῆς σφαγῆς, καὶ Θέρμουθιος ἐπ' αὐτῇ ὀδυρόμενος· καὶ ἀπορία Κνήμονος καὶ Θερμούθιος, καὶ δι' ἑτέρας Χαρικλείας καὶ Θεαγένους· καὶ Κνήμων ἀπολιμπάνων Θέρμουθιν, καὶ συνάντησις Καλασίριδος

neribus strato. Aliorum iterum latronum incurfus, qui aspectu Charicleae consternati animo, eam deinde rapiunt cum Theagene, & ad Thyamin adducunt. Is erat latronum Bucolorum (sic enim appellabantur, qui eam infulam tenebant) praefectus. Ardet & hic Charicleam, Theagenesque frater nominatur. Impetus item in Bucolos fit, pugnaque excitata, horum oritur caedes: Thyamis fuga dilapsus, Thermuthis quoque & Cnemon, atque Theagenes. Chariclea interim illo in antro (ad quod abducta fuerat) remansit, ad cuius ostium caesa iacebat Thisbe, qua visa tanquam super Chariclea ingens Theagenis dolor exstitit, donec ex imo antro Chariclea acclamaret. De Thisbes caede haesitatio, & super ea Thermuthis luctus ac fletus. Abitus Cnemonis atque Thermuthis, aliaque ex parte Charicleae atque Theagenis. Cnemon a Thermuthi discedens Calasiridi occurrit. Narrant

καὶ Κνήμονος· καὶ διήγησις τῶν συμπεσόντων ἀλλήλοις, Κνήμων μὲν περὶ Θίσβης, καὶ Δημαινέτης τῆς μητρύας, καὶ τοῦ ἔξοστρακισμοῦ καὶ τῆς ἄλλης δυστυχίας· Καλάσιρις δὲ περὶ Χαρικλέους καὶ περὶ Χαρικλείας καὶ Θεαγένους, καὶ Φρήνος ἐπὶ τούτοις. εἶτα Κνήμων εὐαγγελιζόμενος, ὅτι σώζοιτο Χαρίκλεια καὶ Θεαγένης· καὶ ὅτι Θύαμις αὐτόν τε καὶ κείνους εἶχε· Ναυσικλῆς ἄγων Χαρίκλειαν, παρ' ᾧ καὶ Καλάσιρις ᾧκει, ἐν τῷ ὀνόματι Θίσβης, καὶ ταραχὴ διὰ Θίσβης, Κνήμονος· ἦδει γὰρ αὐτὴν τεθνηκυῖαν· καὶ χαρὰ ἐπὶ Χαρίκλειαν. ἐπιζήτησις πρώτη Θεαγένους, καὶ γάμος Κνήμονος καὶ Ναυσικλείας· καὶ ἀποδημία Καλασίριδος σὺν Χαρικλείᾳ ἐπὶ τὴν Θεαγένους ζήτησιν. καὶ γραῦς καταλαμβανομένη ἐπὶ παιδίῳ κατὰ πόλεμον πεσόντι κωκύουσα, καὶ μαγγανίαις τὸν τοῦ παιδὸς ἐπερωτῶσα νεκρόν. καὶ Χαρίκλεια καὶ Καλάσιρις ὁρῶν-

utrinque, quaecunque acciderint: Cnemon quidem de Thisbe & Demaenete noverca, deque exfilio per testularum suffragia, praeter alia adversa; Calasiris vero de Charicle & Chariclea, atque Theagene. Utrinque comploratio ob haec ipsa mala. Mox Cnemon laetum narrat nuntium, Theagenem & Charicleam superfites etiamnum esse: se enim cum illis in Thyamis manibus fuisse. Nauficles autem, apud quem & Calasiris habitabat, Charicleam adducit sub Thisbes nomine. Ad huius ergo nomen turbatur Cnemon, quod noffet, eam mortem obiisse: verum mox gaudium oritur super Chariclea. Investigatio primum Theagenis, nuptiaeque Cnemonis & Nauficleae. Calasiridis item peregrinatio cum Chariclea, ut Theagenem inveniant. Anus deprehensa, quae filium bello extinctum lamentaretur, magicisque artibus ac superstitione filii cadaver confuleret, aspicientibus Calasiride

τες καὶ τὰ ποιούμενα. ἐρώτησις πάλιν βιαία πρὸς τὸν νεκρὸν, εἰ περισωθεῖ αὐτῆς ὁ ἕτερος υἱός; καὶ ἀρὰ κατὰ τῆς μητρὸς, ὅτι βιάζεται, καὶ ὅτι πράττει ἀθέμιτα. καὶ ὅτι ὁ ἕτερος υἱὸς σφαγίζεται, αὐτὴ δὲ πρὸ ἐκείνου, ἀνθ' ὧν ἀθέμιτα εἰς τὸν νεκρὸν ἔδρασε, καὶ σφαγὴ τῆς γραδὸς, κλάσματι δορατίου ἀκούσης περιπετούσης. Θύαμις καὶ Θεαγένης, καὶ τὸ ἄλλο ληστρικὸν σύνταγμα ἐπὶ πόλιν Αἰγυπτίαν, Μέμφιν, ἐπὶ ἀναζητήσει τῆς ἱερωσύνης, ἣν αὐτῶν ἀφελὼν ὁ νεώτερος εἶχεν ἀδελφὸς Πετόσιρις. καὶ Θόρυβος περὶ τὴν πόλιν· καὶ Ἀρσάκη προκαθημένη, καὶ παύειν ἐπιχειροῦσα τὸν πόλεμον, καὶ μονομαχεῖν ἀλλήλαιν τοῖν ἀδελφοῖν ἐπιτρέπεται, καὶ τῶν νικῶντι τὴν ἱερωσύνην ἀρμόζειν δικάζουσα. μάχη τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἄκοντος Πετοσίριδος· ἄπειρος γὰρ οὗτος ἦν πολέμου. Θύαμις δὲ ἐγεγόνει ἐμπειρότατος· διὸ καὶ τρέπεται τὸν ἀδελφόν· ὁ δὲ πάντα ῥίψας Φεύγει, καὶ

& Chariclea, quae fierent. Interrogat illa iterum diris adhibitis cadaver, alterne filius viveret; & imprecatur mortuus matri, quod vi ageret ac per nefas; alterum ergo filium occisum iri, sed illam prius, eo quod iniuriam mortuo fecisset. Vetulae interitus, per hastae fragmentum invite morientis. Thyamis & Theagenes cum reliqua latronum manu in Aegypti urbem, Memphin, ibant, ut sacerdotium ille a fratre Petosiri, natu minore, occupatum repeteret. Hinc tumultus ad urbem excitatur. Arface ad urbem sedens, ab armis discedere, duello vero fratres conflagere iubet, victorem sacerdotio dignum idoneumque fore iudicans. Singulare dehinc fratrum cerramen, Petosiri invito, utpote armis ferendis infueto, Thyamide contra belligerandi peritissimo. Fratrem hic itaque tergum vertere, abiectisque armis se pro-

ἐπιδιώκει Θύαμις· καὶ κυκλοῦται πολλάκις ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ δρόμου· καὶ παρέπεται Θεαγένης Θυάμιδι, καὶ ἔρα τούτου ἰδοῦσα Ἀρσάκη ἢ Ὀροονδάτου γυνή, καὶ καταλαμβάνει Καλάσιρις καὶ Χαρίκλεια. καὶ ὁ μὲν ἰδὼν τοὺς παῖδας κατ' ἀλλήλων φονῶντας, (παῖδες γὰρ Καλασίριδι Θύαμις καὶ Πετόσιρις) προστρέχει ἀναβοῶν, μόλις ἐπέσχε τὸν θάνατον, μόλις τῶν παιδῶν αὐτὸν ἐπεγνωκότων. ἡ δὲ Χαρίκλεια ἐπιπίπτει Θεαγένει· καὶ, τοῦ πολέμου συστάντος, δέχεται Θύαμις τὴν ἱερωσύνην περὶ πατρὸς, αὐτὸς δὲ τελευτᾷ. ἄλλη πάλιν ἐπιβουλὴ Ἀρσάκης κατὰ τῶν νεανιῶν, Θεαγένους καὶ Χαρικλείας· καὶ Κυβέλης, τῆς θεραπευίδος αὐτῆς, πρόθυμος εἰς πάντα ὑπουργία. καὶ πρόσκλησις αὐτῶν ἐπὶ τὴν οἰκίαν Ἀρσάκης· καὶ ἔρωσ αὐτῆς πρὸς Θεαγένην ἀκατάσχετος, καὶ μηχαναὶ πᾶσαι, καὶ μέθοδοι κακώσεών τε καὶ θεραπειῶν· καὶ ἐπιβουλὴ Κυβέ-

ripere cogit. Infectatur Thyamis, & urbem saepius cursu ambiunt. Thyamin Theagenes sequitur, quem visum deperit Arface, Oroondati coniux. Superveniunt Calafiris & Chariclea. Et ille quidem liberos cognito in mutuum caedem ruere (Calafiridis enim filii Thyamis ac Petosiris erant) accurrit, & clamore sublato aegre caedem inhibuit, quod vix parentem liberi agnoscerent. Chariclea ibi in Theagenem incidit, ac positis deinde armis, sacerdotium Thyamis adeptus a patre est, qui mox vita decessit. En iterum insidiae Arfaces in Theagenem adolescentem & Charicleam. Cybeles quoque ancillae promptum ad omnia obsequium, domum Arfaces eos evocantis: huius quoque amor in Theagenem immodicus, machinis omnibus nequitiae adhibitis, viisque quaesitis omni delinimentorum genere. Pravum huc ac-

λης διὰ Φαρμάκου κατὰ Χαρικλείας. σωτηρία Χαρικλείας, καὶ ἀναίρεσις, δι' ἧν ἀναιρεῖν ἐμελέτησε, Κυβέλης, στρέβλωσις καὶ κάκωσις Χαρικλείας καὶ Θεαγένους, ὅτι μὴ συντίθεται πρὸς τὸν Ἀρσάκης ἔρωτα ὁ Θεαγένης· καὶ Χαρικλείας εἰς πῦρ καταδίκη, καὶ τοῦ πυρὸς διὰ τῆς παντάρβης, τοῦ λίθου, κατάσβεσις, καὶ τῆς Χαρικλείας τέως ἄφεσις. καὶ Ἀρσάκη μαινομένη, καὶ θάνατον εἰς αὔριον Χαρικλεία εὐτρεπίζουσα. ἀποστολὴ Ὀροονδάτου, τῆς Ἀρσάκης ἀνδρὸς, καὶ ἀνάληψις διὰ τῆς νυκτὸς τῶν νεανιῶν. τούτο γὰρ προστετέτακτο, ἐπεὶ ὁ παῖς τῆς Κυβέλης, ἀποτυχὼν τοῦ πρὸς Χαρικλείαν γάμου, πάντα ὅσα τῇ Ἀρσάκη διεπέπρακτο, πρὸς τὸν δεσπότην ἀπάρας ἀπήγγειλεν. ἐπίβησις τῶν Αἰθιοπῶν, καὶ ἀρπαγὴ Θεαγένους καὶ Χαρικλείας, καὶ πρὸς Ὑδάσπην, τὸν βασιλέα τῶν Αἰθιοπῶν, ἀπαγωγὴ. εἶτα ἀφίερωσις τούτων εἰς τὸ τυθῆναι, τὴν μὲν

cedit consilium Cybeles, quae venenatum Charicleae poculum miscuit: sospite tamen Chariclea, sibi necem attulit venefica. Cruciatu atque aerumna Theagenis & Charicleae, quod Arfaces amorem Theagenes detrectaret. Chariclea ignis poena condemnatur: sed is Pantarbes lapidis beneficio exstinguitur. Sic evasit in praesentia Chariclea. Arface interim furibunda necem in posterum diem machinatur Charicleae. Oroondates, Arfaces maritus, mittit (Bagoam eunuchum,) qui noctu hos iuvenes secum sumsit. Sic enim imperatum fuerat, postquam Cybeles filius, spe potiundi Charicleae nuptiis frustratus, quaecunque ab Arface patrata essent, ad herum profectus nuntiaffet omnia. Aethiopum mox irruptio, raptusque Theagenis & Charicleae, atque ad Hydaspem, Aethiopum regem, abductio narratur, & ut ille quidem Soli

τῇ Σελήνῃ, τὸν δὲ τῷ Ἡλίῳ. εἶτα ἀγῶνες καὶ θυσίαι, καὶ Σισιμίθρου τοῦ πρώτου τῶν γυμνοσοφιστῶν καὶ αὐτῶν παρυσία, καὶ Περσίνης, τῆς γυναικὸς τοῦ βασιλέως. καὶ αἰτησίς Χαρικλείας, ἵνα δικαιολογηθῇ Ὑδάσπη. καὶ δικαιολογία, καὶ κρίσις Σισιμίθρου, καὶ μαρτυρία, ἔτι Χαρίκλεια παῖς εἴη Ὑδάσπου, καὶ Περσίνης. πείθεται μὲν Ὑδάσπης ἀλλὰ καὶ οὕτως ἄγειν ἔμελλεν εἰς θυσίαν, τιμῶν τὸν πατριον νόμον. ὁ δὲ δῆμος ἀπηγόρευε, καὶ ἀφίεται Χαρίκλεια. καὶ χαρὰ πάντων ἐπὶ τῇ ἀφέσει. ἀγὼν πάλιν ἄλλος Χαρικλείας. Θεαγένης ἔτι δέσμιος ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, καὶ λόγοι πρὸς τὸν πατέρα περὶ αὐτοῦ πολλοὶ καὶ ποικίλοι. τοῦ δὲ πατρὸς ἀπίευσίς ἐπὶ τῇ ἀθωώσει Θεαγένους, καὶ ἀδημονία Χαρικλείας, καὶ πρὸς τὴν μητέρα ἐξαγόρευσις πάντων, ὅσα αὐτῇ συνεχέχθη καὶ Θεαγένει.

Deo, Chariclea vero Lunae consecratur victima. Hinc certamina & sacrificia, praesentibus Sifimithre, Gymnosophistarum principe, cum suis Gymnosophistis, atque Persina, regis uxore. Postulat Chariclea sui defendendi potestatem fieri apud Hydaspem. Causa dicta est, iudicante Sifimithre, testibusque superstitibus probantibus, Hydaspis ac Persinae filiam esse Charicleam. Regi non satis persuadetur, qui etiam sic hostiam, patriae legi moribusque obsecutus, caedere illos parat. Populus contradicit. Sic rursus libera abire iussa Chariclea: quae quidem liberatio incredibilem omnibus peperit laetitiam. Sed iterum Charicleae discrimen paratum. Theagenes vincit, ut hostia aris adhuc destinatur. Varias multaeque eo nomine apud parentem preces; sed ille liberationem Theagenis impunitatemque abnuat. Animo itaque exsternata Chariclea, omnia, quae sibi & Theageni adversa accidissent, matri enarrat. Theagenes interim taurum for-

καὶ ἀριστεία Θεαγένους ἐπὶ τῷ ταύρω, καὶ τοῦ δήμου
 τέρψις. ἔτι ἀριστεία ἐν τῇ πρὸς τὸν Αἰθίοπα τὸν μέγι-
 στον πάλη· καὶ νίκη λαμπρὰ, καὶ κρότος τοῦ δήμου.
 ἀλλ' ἔτι πρὸς τὴν θυσίαν καὶ μετὰ τοὺς στεφάνους
 Θεαγένης ἀγόμενος. Χαρικλῆς ἀπὸ Ἀθηνῶν πρὸς αὐτὸ
 τὸ στάδιον ἀφιστάμενος, καὶ τὸν βασιλέα τὴν νομιζο-
 μένην αὐτῷ θυγατέρα αἰτούμενος, καὶ συγκατάθεσις
 βασιλέως δίδοναι, ἂν αὐτὸς εὕρῃ. ὁ δὲ οὐχ εὕρισκεν.
 ἀρπαγὴ τε αὐτοῦ, καὶ συρμὸς Θεαγένους, καὶ βοή·
 ὡς οὗτός ἐστιν, ὁ τὴν ἐμὴν ἀρπάσας ἐξ Ἀθηνῶν θυγα-
 τέρα. καὶ κρίσις, καὶ τέλος, ἀβάωσις καὶ Θεαγένους,
 Σισιμίθρου ἐπικρίναντος, καὶ μηκέτι τὴν ἐπ' ἀνθρώπων
 ὀλέθρῳ θυσίαν γίνεσθαι διατυπώσαντος. εὐφροσύνη
 αἰπάντων καὶ θυμηδία πολλή καὶ Θεαγένους καὶ Χα-
 ρικλείας, μετὰ μυρίους κινδύνους ἀλλήλους ἀπολαμ-
 βάνοντες· καὶ τὰς ἱερωσύνας, ἣ μὲν παρὰ τῆς μητρὸς,

titer pugnando superavit, ingenti spectantis plebis volu-
 ptate: Aethiopum item maximum palaestra vicit, illu-
 strique victoria parta plausum etiam populi meruit. Du-
 citur nihilominus ad aras coronatus, ut hostiae instar
 cadat, Theagenes. Charicles, tum forte Athenis profe-
 ctus, huic stadio adstabat, filiamque, uti credebat, suam
 ab ipso rege postulat. Spondet rex daturum, si amissam
 reperisset. Verum illam non inveniebat. Arripitur deinde,
 trahiturque Theagenes a Charicle clamante: Hic meam
 Athenis rapuit filiam. Lata denique sententia, qua &
 Theagenes tandem indemnis est declaratus, ipso etiam
 adjudicante Sifimithre, neve posthac humanis victimis
 mortalium damno litaretur, statuente. Gaudio hinc cun-
 cti atque laetitia exsultare: Theagenes etiam & Charic-
 clea, quod tot tantisque defuncti periculis invicem po-
 tirentur. Sacerdotiis itaque illa quidem matris, hic so-

ὁ δὲ παρὰ τοῦ κηδεστοῦ ἐκδεχόμενοι, καὶ θύοντες, καὶ πρὸς τοὺς γάμους εὐτρεπιζόμενοι.

Ταῦτα δὲ συνέγραψε Φοῖνιξ ἀνὴρ, Ἀμινδηγός, Θεοδοσίου παῖς, Ἡλιόδωρος, ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος. τοῦτον δὲ καὶ ἐπισκόπου τυχεῖν ἀξιώματος ὕστερόν φασιν.

ceri beneficio acceptis, & re divina facta, nuptias adornant.

Haec quidem Heliodorus, Theodosii filius, domo Phoenix, Amindenus, conscripsit, finivitque historiam: quem etiam Episcopi post dignitate auctum ferunt.

AETHIOPICORUM
P E R I O C H E

A

GUIL. CANTERO

CONSCRIPTA.

Ex Hydaspæ, rege Aethiopum, & Persina nascitur quondam Chariclea: quæ Sifimithri Gymnosophistæ cum crepundiis exponenda datur. Is eam septennem in Aegypto, legatus ad Oroondatem missus, apud Chariclem collocat: hic enim Pythius sacerdos cum esset, casu in Aegyptum venerat. Itaque puellam hinc Delphos defert, & in templo apud se Dianæ sacerdotem educat. Paulo post ad Pythia profectus, inter ceteros Theagenes Theffalus & Charicleæ amore captus, eam rapit, iuvante Calasiri Aegypto, qui forte ibidem aderat, & agnita Chariclea, cuius iampridem inquirendæ curam a matre habebat, suis eam cupiebat restituere. Itaque navi utrumque impo-
nens, postquam Cretam attigit, a Trachino pirata (is puellam in litore Zacynthio forte conspicatus deperibat) capitur: cumque ille virginem in Aegyptum appulsus ducere pararet, Pelorum eius præfectum rivalem opponit, sic ut orta propter prædam contentione latrones omnes mutuis caedibus pereant. Hic Thyamis, latro Memphiticus, superveniens, præda potitur. Is cum Charicleam itidem ducere pararet, supervenientibus itidem aliis latronibus, illam quidem in speluncam quandam reponit, ipse autem capitur, Theagene interim & Cnemone aufugientibus.

Heliod. P. I.

C

XXXIV NOTITIA LIT. DE HELIODORO.

Paullo tamen post ad Charicleam Theagenes redit. Iam cum e spelunca uterque exiisset, a Mitrane, praefecto Oroondatis (hic Aegypti erat satrapa) capitur. Et Chariclea quidem Nausicli, qui Thysben sibi ereptam conquiri iusserat, pro Thysbe traditur: Theagenes autem ad Oroondatem, ut regi Persarum Babylone serviat, mittitur. Ad Nausiclem porro Calasiris casu deveniens, Charicleam recuperat. At in itinere Theagenes a Thyamide, Bessae praefecto, intercipitur. Quo cognito Mitrane, eos adortus, cum suis interimitur. Id cum Oroondates non inultum relicurus videretur, statuunt Memphim profecti eum antevertere. Memphitae vero, cum Oroondates abesset, Arfaces uxoris iussu Petosirim iubent cum fratre Thyamide singulari certamine congredi, qui ab illo simul & sacerdotio privatus, & urbe pulsus fuerat. Iam Calasiris & Chariclea, Theagenem ut quaerent, profecti, commodum in certamen ipsum incurrun: ac filios ille diremtos, haec Theagenem recuperat. Arface interim Theagenem nequidquam tentat. Quod cum Oroondates Thebis accepisset, ubi cum Hydaspes bellum gerebat, utrumque celeriter ad se mitti curat. At hi rursus ab Aethiopicis intercipiuntur. Hos Hydaspes, Oroondate devicto, sacris triumphalibus victimas destinat. Itaque Meroën reversus cum sacra fieri iuberet, Chariclea quidem statim prolatis crepundiis, & Sisimithre teste citato, filiam se Hydaspis & Persinae decimo post anno probat: paullo post autem, cum legatis Oroondatis veniens Charicles, qui raptam Charicleam diu a se quaesitam, huc tandem delatam cognoverat, Theagenem primum, deinde Sisimithrem, tum Charicleam agnoscit. Simul etiam parentes, re tota cognita, Charicleam Theageni denique bonis avibus uxorem dant.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ

ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ



Η ΑΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ
ΠΡΩΤΟΝ.

ἩΜΕΡΑΣ ἄρτι διαγελώσης, καὶ ἡλίου ¹ τὰς ἀκρω-
ρείας καταυγάζοντος, ἄνδρες ἐν ὅπλοις ληστρικοῖς ὄρους
ὑπερκύψαιτες, ὃ δὴ ² κατ' ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, καὶ
στόμα τὸ καλούμενον ³ Ἡρακλεωτικὸν ὑπερτείνει, μι-

HELIODORI
AETHIOPICORUM
LIBER PRIMUS.

CUM primum dies illucesceret, & sol cacumina mon-
tium illustraret, viri ex armis & rapto vivere soliti,
supra montem, qui ad influxum Nili in mare, & ostium,
quod Heracleoticum appellatur, protenditur, erecti,

¹ Τὰς ἀκρωρείας) In duobus
MSS. & uno impresso (quem ta-
men nos ignoramus) Bourdel. in-
venit ἀκρωτηρίας. Viriosse. Mox
ἄνδρες ἐν ὅπλοις ληστρικοῖς sunt
ἄνδρες ληστρικοὶ, seu simpliciter
λησταί.

² Κατ' ἐκβολὰς τοῦ Νείλου)
Ita Cod. Pal. Atque sic reponen-
dum censebat Schottus. Reliqui

Heliod. P. I,

cum ed. Basf. κατ' ἐκβολὰς male.

³ Ἡρακλεωτικὸν) Strabo lib.
XVII, p. 542 ed. Casaub. Δύο
μὲν οὖν ταῦτα τοῦ Νείλου στόμα-
τα, ἃν τὸ μὲν Πηλουσιακὸν καλεῖ-
ται, τὸ δὲ Καναβικὸν καὶ Ἡρα-
κλεωτικὸν. Bucolicum hoc vocat
Herodot. II, 17, propter haec
ipsa lattonum domicilia, βουκή-
λια δίστα.

A 2

κρὸν ἐπιστάντες, τὴν ὑποκειμένην θάλατταν ὀφθαλμοῖς ἐπὶ ἤρχοντο· καὶ τῷ πελάγει τὰς ὄψεις ¹ τὸ πρῶτον ἐπαφέντες, ὡς οὐδὲν ἄγρας ληστρικῆς ἐπηγγέλλετο μὴ πλεόμενον, ἐπὶ τὸν πλησίον αἰγιαλὸν τῆ θείας κατήγοντο· καὶ ἦν τὰ ἐν αὐτῷ, τοιαύδε. ὀκλᾶς ἀπὸ πρυμνησίων ὄρμει, τῶν μὲν ἐμπλεόντων χηρεύουσα, φόρτου δὲ πλήθουσα· καὶ τοῦτο παρῆν ² συμβάλλειν καὶ τοῖς πόρρωθεν. τὸ γὰρ ἄχθος, ἄχρι καὶ ἐπὶ τρίτον ζωστῆρα τῆς νεῶς τὸ ὕδωρ ἀνέβλιβεν. ³ ὁ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ πάντα ⁴ σαμάτων νεοσφαγῶν, τῶν μὲν ἄρδην ἀπολωλότων, τῶν δὲ ἡμιβηγῶν, καὶ μέρεσι τῶν σαμάτων ἔτι σπαιρόντων, ἄρτι πεπαῦσθαι τὸν πόλεμον

paullulum consistentes, mare subiectum contemplabantur. Cumque initio in pelagus oculos coniecissent, nec quidquam applicaret, quod spem praedae ostenderet, in propinquum litus adspectum referebant. Erant autem in ipso res eiusmodi. Navis rudentibus ad continentem religata quiescebat, vacua navigantibus, sed plena oneris: quod vel iis, qui procul aberant, coniectura affequi licuit. Onus enim usque ad tertiam zonam navis aquam premebat. At in litore plena erant omnia recens caesorum hominum, partim prorsus extinctorum, partim femimortuorum, partibus corporum adhuc palpitantium, & nuper finitum bellum declarantium. Ceterum non

¹ Τὸ πρῶτον) Absunt haec verba a Cod. Palat. quae tamen cum reliqui Codd. etiam ed. Basf. teneant, uncis iterum exemi, quibus Commelinus ea constrinxerat, suadente orationis serie.

² Συμβάλλειν) Cod. Palat. συμβαλεῖν. Idem cum Xyl. mox, ἄχρι καὶ ἐπὶ τρίτου ζωστῆρος.

³ Ὁ δὲ αἰγιαλὸς) Oratio paullo negligentior, quam ita continua-

tam expectasses: τοῦ δὲ αἰγιαλοῦ μεστὰ πάντα σ. ν. Forte tamen scripserat auctor: οὗ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ π. ubi vero litus erat, in litore autem plena erant omnia &c.

⁴ Σαμάτων νεοσφαγῶν) Σαμάτων non habet ed. Hervag. quae legit τῶν νεοσφαγῶν, forte ne bis idem vocabulum recurreret.

κατηγορούντων. ἦν δὲ οὐ¹ πολέμου καθαροῦ τὰ Φαινόμενα σύμβολα, ἀλλ' ἀνεμέμικτο καὶ εὐωχίας οὐκ εὐτυχοῦς,² ἀλλ' εἰς τοῦτο ληξιάσης, ἀλεεινὰ λείψανα τράπεζαι τῶν ἐδεσμάτων ἔτι πλήθουσαι καὶ ἄλλαι πρὸς τῇ γῆ τῶν κειμένων ἐν χερσὶν αἰθ' ὄπλων ἐνίσις παρὰ τὴν μάχην γεγενημέναι (ὁ γὰρ πόλεμος ἐσχεδίαστο) ἕτεροι δὲ ἄλλους ἔκρυπτον, ὡς ὤοντο, ὑπελθόντας· κρατῆρες ἀνατετραμμένοι, καὶ χειρῶν ἔνιοι τῶν ἐσχηκίτων ἀπορρέοντες, τῶν μὲν πινόντων, τῶν δὲ ἀντὶ λίθων κεχηρμένων. τὸ γὰρ αἰθινίδιον τοῦ κακοῦ τὰς χρείας ἐκαινοτόμει, καὶ βέλεσι κεχηρῆσθαι τοῖς ἐκπώμασιν ἐδίδασκεν. ἔκειντο δὲ, ὁ μὲν πελέκει τετραμένος, ὁ δὲ κάχληκι βεβλημένος, αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ράι-

fuerant iusti proelii notae ac indicia, quae apparebant; sed mixtae fuerunt infelicitis & infausti convivii, ac eiusmodi finem fortiti, miserabiles reliquiae: mensae nimirum dapibus refertae, quarum aliae humi in manibus caede stratorum iacebant, cum armorum loco quibusdam in pugna, ut ex improvise orto bello, fuissent; aliae eos, qui se absconderant, ut opinabantur, occultabant. Praeterea paterae eversoe, & ex manibus quaedam effluentes, partim eorum, qui biberant, partim eorum, qui pro lapidibus illis usi fuerant. Subitum enim malum, novum usum afferebat, & iaculorum loco poculis uti docebat. Iacebant vero, hic securi vulneratus, ille testa litorea ictus, quae indidem ex litore suppedi-

1 Πολέμου καθαροῦ) Πόλεμος καθαρός, Mars apertus, bellum manifestum, ad quod utraque pars antea rite accingitur, armis comparatis. Erit adeo πόλεμος οὐ καθαρός, proelium subitarium, ubi obviiis quibusque, ut hic mensis, ac poculis, res geritur.

Hinc sequitur, ὁ γὰρ πόλεμος ἐσχεδίαστο, h. e. οὐκ ἦν καθαρός. Aliter dicitur Charit. VI, p. 121, τῆς στρατιᾶς τὸ καθαρώτατον, h. e. *leatissimi milites*.

2 Ἄλλ' εἰς τοῦτο ληξιάσης) Εἰς τοσοῦτον ed. Bzf. εἰς τοῦτο ληξία Cod. Xyl. utrumque male.

χίας πεπορισμένες, ἕτερος ξύλῳ κατεαγῶς, ¹ ὁ δὲ δαλῶ κατάφλεκτος, καὶ ἄλλος ἄλλως· οἱ δὲ πλείστοι ² βελῶν ἔργον καὶ τοξείας γεγενημένοι. καὶ μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ἐπὶ μικροῦ τοῦ χωρίου ³ διεσκέυασεν, οἶνον αἵματι μιάνας, καὶ συμποσίοις πόλεμον ἐπιστήσας· πότους καὶ Φόρους, σπονδὰς καὶ σφαγὰς ἐπισυνάψας, καὶ τοιοῦτον θέατρον λησταῖς Αἰγυπτίοις ἐπιδείξας. οἱ γὰρ δὴ κατὰ τὸ ὄρος θεωροῦς ἑαυτοὺς τῶνδε ⁴ καθίσαντες, οὐδὲ συνιέναι τὴν σκηνὴν ἐδύναντο, τοὺς μὲν ἐαλωκότας ἔχοντες, οὐδαμοῦ δὲ τοὺς κερρατηκότας ὀρῶντες· καὶ τὴν μὲν νίκην λαμπρὰν, τὰ λάφυρα δὲ ἀσκύλευτα, ⁵ καὶ τὴν [μὲν] ναῦν μόνην,

tarat: alius ligno confractis membris, non nemo torre adustus, alii alio modo; plurimi autem iaculis arcu emiffis confixi. Denique multiplicem speciem parvo in spatio numen exhibuerat, vinum fanguine imbuens, & convivio bellum adiungens, caedes potionibus, libationes maftationibus promiscue miscens, & tale theatrum praedonibus Aegyptiis instruens. Hi enim cum se in monte spectatores harum rerum praebuiffent, spectaculum intelligere neutiquam potuerunt: cum prostratos ibi aliquos cernerent, nusquam autem victores conspicerent: tum victoriam manifestam, spolia vero non detracta: &

1 Ὁ δὲ δαλῶ κατάφλεκτος) Ita Palat. cum Vat. unde recepit Commel. Reliqui cum ed. Bas. κατέφλεκτο, quod & ipsum satis probum, cum sic oratio varietur.

2 Βελῶν ἔργον καὶ τοξείας) Simplicius erat, ἔκειντο βέλεσι καὶ τόξοις κατεργασμένοι. Similiter infra II, 3: Κεῖται Χαρίκλεια, καὶ πολεμίας χερὸς ἔργον ἢ φιλτάτη γεγίνηται· & paullo post: ἢ γέγονας καὶ αὐτὴ τοῦ πολέμου πάρεργον; Ceterum omittunt τὸ καὶ Cod. Vat. & ed. Bas. unde suspi-

ceris, alterutrum, βελῶν vel τοξείας, e glossa irrepisse.

3 Καὶ μυρίον εἶδος ὁ δαίμων ε. μ. χ. διεσκέυασεν) Cod. Palat. διεσκέδασεν, male. At Cod. Xyl. μετεσκεύαστο, quod locum haberet, si verba ita procederent: καὶ μυρίον εἶδος ε. μ. χ. μετεσκεύαστο, omiffis vocc. ὁ δαίμων, quae tamen propter seqq. abesse nequeunt.

τὰ πρὸς ἐκείνης δρώμενα ¹ πόρρω τε ἦν, ὡς ἐδράτο, ὑποπτεύειν· καὶ τυχὸν ἄλλως πῶς γίνεσθαι ὑπετίθετο, τῶν ἱερῶν ὅλος γινόμενος. ὅγε μὴν ἀδελφὸς αὐτοῦ Πετόσιρις, καὶ πάλαι ζηλοτυπίαν ἐπ' αὐτῶ νόσῶν τῆς ἱερωσύνης, τὰς τε προσβολὰς τῆς Ἀρσάκης παρατηρήσας, ἀφορμὴν εἰς ἐπιβουλὴν τοῦ ἀδελφοῦ τὴν ἐκείνης οὐκ ἔνομον πείραν ἐποιήσατο. καὶ τῷ Ὀροονδάτῃ λάβρα προσίων κατεμήνυεν, οὐ τὴν ἐκείνης ὄρεξιν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ, ὡς ὁ Θύαμις συγκατατίθειτο, προσεπιψευδόμενος. ὁ δὲ ῥαδίως ² ὑποπεισθεῖς ἕξ ὧν τὴν Ἀρσάκην προῦπώπτει, τῇ μὲν κατ' οὐδὲν ἠνώχλει, σαφῆ τε ἔλεγχον οὐκ ἔχων, καὶ ἅμα φόβῳ καὶ αἰδοῖ τῇ περὶ τὸ βασιλείον γένος, εἴ τι καὶ ὑπώπτειν, ἀνέχεσθαι βιαζόμενος. τῷ μέντοι γε Θυάμιδι θάνα-

illa agebantur, longius fuerant petita, quam ut ille suspicari posset: & fortassis aliter quodammodo fieri existimabat, cum totus esset sacris rebus intentus. Ceterum frater Petosiris, qui & iampridem illi antistitii dignitatem inviderat, & illecebras Arsaces observasset, occasionem ad insidias fratri faciendas, illius illegitimam sollicitationem arripuit. Et Oroondatem clam accedens, indicavit non illius tantum cupiditatem, sed in super, quod Thyamis iam cum illa pacisceretur: falso id adiiciens. Ille autem facile sibi persuaderi passus est, propter suspicionem, quam iam antea de Arsace conceperat: verumtamen molestus illi non fuit, tum quod manifestum argumentum, quo illam convincere posset, non haberet, tum quod reverentia generis regii, etiam si quid suspicabatur, tolerandum, & premendum esse putaret. Ceterum Thyamidi palam denuntiare & minari

¹ Πόρρω τε ἦν -- ὑποπτεύειν) For-
te partic. ἢ excidit ante ὑποπτεύ-
ειν. Sed & vulgatum sic stare pot-

est: πόρρω ἦν τοῦ ὑποπτεύειν.

² Ὑποπεισθεῖς) Ita omnes MSS.
teste Commel. Bas. πεισθεῖς.

τον¹ ἐκ προῤῥήσεως συνεχῶς διαπειλῶν, ² οὐ πρότερον ἀνῆκεν, ἄχρις οὗ τὸν μὲν ἐφυγάδευσε, τὸν Πετόσιριν δὲ εἰς τὴν προΦητεῖαν ἐγκατέστησεν.

γ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν³ χρόνοις ἐγεγόνει προτέροις. τότε δ' οὖν ἡ Ἀρσάκη τοῦ πλήθους ἐπὶ τὴν οἰκισιν αὐτῆς συρρέντος, καὶ τὴν τε ἔφοδον τῶν ἐναντίων δηλοῦντος, ἤδη καὶ αὐτὴ προσηθημένη, καὶ τοῖς οὓσι τῶν στρατιωτῶν ἐπιτρέψαι συνεξελθεῖν αὐτοῖς αἰτοῦντος, οὐκ ἂν ἔφη⁴ [ταῦτα] προχείρως οὕτως ἐπιτρέψειν, οὕτω μὲν τὸ πλήθος τῶν πολεμίων ὅσον, οὕτω δὲ εἰτινες εἰσὶν ἢ πόθεν εἰδούνα· καὶ πρὸς γε, οὐδὲ τὴν πρόφασιν, δι' ἣν ἐπεληλύθασι, γινώσκουσα. χρῆναι οὖν, ἄχρι τῶν τειχῶν διαβῆναι πρότερον, καὶ ἅπαντα ἐκεί-

mortem non prius destitit, quam illum in exsilium pepulit, & fratrem eius Petosiridem in antistitii dignitate collocavit.

III. Sed haec quidem temporibus, quae praecesserant, acciderunt. Tum autem Arface, cum multitudo ad illius domicilia confluxisset, adventumque hostium, quod & illa praefenserat, nuntiaret, &, ut imperaret convenire milites, qui essent, peteret, non ita se facile id permiffuram dixit, cum nondum, quantae sint hostium copiae, aut qui sint hostes, aut unde, sciret, ad haec, ne causam quidem, propter quam venerint, cognovisset. Oportere igitur usque ad muros prius transcendere, & illinc

1 Ἐκ προῤῥήσεως) Recte sic omnes libri. Bas. vitiose: ἐκ προῤῥήσεως.

2 Οὐ πρότερον ἀνῆκεν) E scripturae compendio vitium huic loco enatum est, quod e Bas. in reliquas edd. migravit, οὐ προανῆκεν. Sed alterum οὐ πρότερον ἀνῆκεν recte praeferunt Codd. Palat. Xyl. Vatic. cum Taurin. teste Dorvill. ad Char. p. 434.

3 Χρόνοις ἐγεγόνει προτέροις)

Cod. Taur. apud Dorvill. ad Char. l. l. χρ. ἐγεγ. πρότερον' quam lectionem ferri posse, atque χρόνοις ita abundare, iudicabat idem vir doctus. Sed in Heliodoro vulgatum praetulerim, consensu reliquorum librorum munitum. Male mox Xyland. συρρέντος pro συρρέντος.

4 Ταῦτα) Abest a Cod. Palat. & fane recte abesse potest.

θεν κατοπτεύσαντας, καὶ ἄλλους συλλαβόντας, οὕτω τοῖς δυνατοῖς καὶ λυσιτελοῦσιν ἐπιχειρεῖν. ἐδόκει καλῶς εἰρησθαι καὶ ἄρμησαν ὡς εἶχον ἐπὶ τὸ τεῖχος. ἔνθα σικηὴν ὑπὸ ἀλουργοῖς καὶ χρυσοῦφέσι παραπετάσμασιν ἐκ προστάγματος ἢ Ἀρσάκη πηξασμένη, πολυτελῶς τε αὐτὴν καλλωπίσασα, καὶ ἐφ' ὑψηλῆς καθέδρας προκαθίσασα, ¹ τοὺς τε σωματοφύλακας ἐν ὅπλοις ὑποχρῦσοις περιστήσασα, κηρύκειόν τε εἰς εἰρηνικῶν διαλέξεων σύμβολον ἀναδείξασα, τοὺς πρώτους καὶ ἐπιδόξους τῶν ἐναντίων, πλησίον ἤκειν τοῦ τείχους προέτρεπεν. ὡς δὲ ὁ Θύαμις καὶ ὁ Θεαγένης αἰρεθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους, ἀφίκοντο καὶ ἕστησαν ὑπὸ τῷ τείχει, τὰ μὲν ἄλλα ὀπλισμένοι, γυμνοὶ δὲ τοῦ κράτους, ὁ κῆρυξ τὰδε ἔλεγεν· Ἀρσάκη λέγει πρὸς ὑμᾶς, Ὀροονδάτου μὲν τοῦ πρώτου σατράπου γυνὴ, μεγάλου δὲ βασιλέως ἀδελφὴ· τί βουλόμενοι

omnibus rebus conspectis, aliisque insuper collectis, ad ea, quae fieri posse, & conducere viderentur, aggredi. Recte dixisse visa est: contenderuntque inde recta ad murum. Ibi cum tabernaculum, purpureis auroque intextis intentum velis, Arfaces iussu collocatum esset, ipsaque sumptuose exornata venisset, pro tribunali editiori confidens, collocatis circa se satellitibus, in armis auro fulgentibus, & caduceo prolato, tanquam colloqui pacificatorii symbolo, primos & praecipuos ex hostibus propius ad murum venire iussit. Postquam autem Thyamis & Theagenes, electi a multitudine, venerunt, & sub muro constiterunt, reliquo corpore armati, ceterum aperto capite, praeco haec dicebat: Arface, Oroondatis primi satrapae uxor, soror autem magni regis,

¹ Τοὺς τε σωματοφύλακας) Palat. τοῦ τε σώματος φύλακας, & ποχ προύτρεπεν.

καὶ τίνες ὄντες, ἢ τίνα αἰτίαν ἐπάγοντες, τὴν ἔφοδον ἐτολήσατε; οἱ δὲ, τὸ μὲν πλῆθος εἶναι Βησσαίων ἀπεκρίναντο· ἑαυτὸν δὲ ὁ Θύαμις ὅστις εἶη, καὶ ὅτι παρανομηθεὶς ὑπὸ τε τοῦ ἀδελφοῦ Πετοσίριδος καὶ Ὀροονδάτου, τῆς τε προφητείας ἐξ ἐπιβουλῆς ἀφαιρέσεις, ἐπὶ ταύτην ὑπὸ Βησσαίων κατάγοιτο. καὶ εἰ μὲν ἰ ἀπολαμβάνοι τὴν ἱερωσύνην, εἰρήνην τε εἶναι, καὶ Βησσαίας εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανήξειν, οὐδενὶ κατ' οὐδὲν λυμνηαμένους· εἰ δὲ μὴ, πολέμῳ κριτῇ καὶ τοῖς ὅπλοις ἐπιτρέψειν. χρῆναι δὲ καὶ Ἀρσάκην εἶπερ τι διανοεῖται τῶν προσηκόντων, εἰς καιρὸν τῆς εἰς αὐτὴν ἐπιβουλῆς ἐκ Πετοσίριδος τὴν ἄμυναν εἰσπράττεσθαι, καὶ τῶν ἀθεμίτων διαβολῶν, ἃς ψευδῶς πρὸς Ὀροονδάτην ποιησάμενος, ἐκεῖνη μὲν πρὸς τὸν ἄνδρα παρανόμου καὶ αἰσχυρᾶς ἐπιθυμίας ὑπόψιαν, αὐτῷ δὲ τὴν

quaerit ex vobis, qui sitis, quove animo, & qua de causa, huc venire ausi. Illi autem, multitudinem quidem Bessaensium esse, responderunt. De se vero Thyamis, quis esset, exposuit, & quod iniuria affectus a fratre Petosiride, ac Oroondate, & antistitio per insidias privatus, in pristinam dignitatem a Bessaensibus reduceretur. Quod si sacerdotium recuperaverit, pacem esse, & Bessaenses domum reversuros, nullo omnino damno illato: sin minus, belio se iudici & armis rem committere statuisse. Merito autem debere & Arfacen, si quid cogitet eorum, quae fieri oporteat, opportune de Petosiride poenas sumere insidiarum sibi factarum, & criminum nefariorum, quorum cum falso illam apud Oroondatem insimulasset, & ipsi apud virum illicitae turpisque cupiditatis suspensionem, & sibi exsilium e pa-

1 Ἀπολαμβάνοι) Male Bas. ἀπο- Nam legatorum haec est oratio, λαμβάνω, & mox οὐδὲν pro οὐδενί. etsi Thyamis his interesset.

ἐκ τῆς πατρίδος Φυγὴν ¹ ἐπιβεβουλευκῶς τυγχάνοι.
πρὸς ταῦτα διεταιράχθη μὲν καὶ σύμπαν τὸ Μεμ-
Φιτῶν πλήθες, τὸν τε Θύαμιν ἀναγνωρίζοντες, καὶ τῆς
ἀπροσδεκῆτου Φυγῆς αὐτῶ τὴν αἰτίαν, ἐν ἀρχῇ μὲν
καὶ ἡνίκα ἐγίγνετο ἀγνοήσαντες, ἐκ δὲ τῶν λεχθέντων
δι' ὑποψίας τε ἄγοντες, καὶ ἀλήθειαν εἶναι πιστεύοντες.

δ'. Ἡ δὲ Ἀρσάκη πλέον ἢ σύμπαντες συνεχύθη
τὴν διάνοιαν, καὶ κλύδωνι Φροντισμάτων περιεστοίχι-
στο, θυμοῦ μὲν ἐπὶ τὸν Πετόσιριν πληρουμένη, καὶ
πρὸς τὰ πάλαι συμβάντα τὴν διάνοιαν ἀναπεμπά-
ζουσα, ὅπως ἂν τιμωρήσαιο, συνέταττε· τὸν δὲ Θύα-
μιν ἰρῶσα, καὶ αὐτὴς τὸν Θεαγένην, διεσπᾶτο τὴν
διάνοιαν, καὶ ἐμερίζετο εἰς τὴν πρὸς ἐκάτερον ἐπιθυ-
μίαν, ἔρωτα ἐπ' ἀμφοτέροις, τὸν μὲν ἀνανευμένη,
τὸν δὲ δριμύτερον ἄρτι ² τὴν ψυχὴν καταβαλλομένη,

tria, dolo & infidiis comparasset. Ad haec perturbata est
tota Memphitarum multitudo, cum & Thyamim cogno-
fcerent, & inopinati illius exsilii causam, quam initio,
tum cum pelleretur, ignorabant, ex his, quae dicta fue-
rant, suspicarentur, & veram esse crederent.

IV. Arface autem omnium maxime perturbatione
plena erat, & tanquam procella cogitationum undiqua-
que premebatur. Nam ira contra Petosiridem inflamma-
ta, & ad eorum, quae iampridem acciderant, cogitatio-
nem animum revocans, quo pacto illum ulcisci posset,
deliberabat: Thyamidem vero adspiciens, & rursus Thea-
genem, distrahebatur animo, & alternis in cupiditatem
erga utrumque rapiebatur: erga alterum quidem, vete-
rem amorem renovans; erga alterum autem, acrioris
adhuc & vehementioris initia flammisque concipiens:

¹ Ἐπιβεβουλευκῶς) Xyland. ἐπι. Melius e syntaxi verbi Codd. Pa-
βελικῶς, male. latin. & Xyland. τῇ ψυχῇ κατα-

² Τὴν ψυχὴν καταβαλλομένη) βαλλομένη.

ὥστε οὐδὲ τοὺς περιεστηκότας ἔλαβεν ἀδημονοῦσα. πλὴν ἀλλὰ μικρὸν δὴ διαλιποῦσα, καὶ, ὥσπερ οἱ ἐξ ἐπιλήψεως, ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα, Πολέμου μὲν, ὧ βέλτιστοι, ἔφη, μανίαν ἐνοσήσατε· πάντες μὲν Βησσαεῖς, οὐχ ἥκιστα δὲ ὑμεῖς, ἀκμαῖοι καὶ χαρίεντες οὕτω νεανῖαι καὶ εὖ γεγονότες· ὡς γινώσκω τε, καὶ εἰκάζειν πάρεστιν, εἰς προὔπτον κίνδυνον, ἢ ὑπὲρ ληστῶν καὶ ταῦτα, ἑαυτοὺς καθέντες· οὐδὲ πρὸς τὴν πρώτην προσβολὴν, εἰ μάχης δεήσειεν, ἀρκέσοντες. μὴ γὰρ οὕτω τὰ μεγάλου βασιλέως ἀσθενήσειεν, ὡς εἰ καὶ τὸν σατράπην ἀπεῖναι συμβαίνει, μὴ διὰ τῶν λειψάνων γοῦν τῆς ἐνταῦθα στρατιᾶς, ἅπαντας ὑμᾶς σαγηνευθῆναι· ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι δεῖ τρίβεσθαι τοὺς πολλοὺς, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἔφοδον προφάσεως ἰδίας τιῶν οὔσης, ἀλλ' οὐ δημοσίας οὐδὲ κοινῆς, μὴ οὐχὲ

ut neque circumstantes latuerit illa animi anxietas ac sollicitudo. Verumtamen cum se, parvo spatio intermisso, non fecus ac ii, qui ex morbo sacro redeunt ad sese, recepisset: Optimi, inquit, fane vos ad bellum amenitia quaedam impulit, cum omnes Bessaenses, tum vos etiam florentes aetate & venustos adolescentes, & bono genere natos, qui vos, ut animadverto, & coniecturam facere licet, in manifestum discrimen pro praedonibus coniecistis; cum ne primum quidem impetum, si proelium sit committendum, sustinere possitis. Non enim eo angustiae redactae sunt regis magni rationes, ut, etiamsi satrapam abesse contingat, non a reliquiis exercitus, qui est in urbe, omnes vos cingi possitis. Sed nihil attinet, ut existimo, vulgus affligi: praestatque, cum privata quorundam iniuria adventus sit causa, non pub-

1 Ἐπὲρ ληστῶν) Palat. ὑπὸ ληστῶν· male.

καὶ ἰδίᾳ τὴν ἀμφισβήτησιν κρίνεσθαι, καὶ πέρας τὸ ἐκ θεῶν τε καὶ δίκης αὐτῆς ὀρισθησόμενον ἐκδέχεσθαι. δοκεῖ δὴ μοι, ἔφη, καὶ προστάττω τοὺς μὲν ἄλλους Μεμφιτῶν τε καὶ Βησσαίων ἡσύχους εἶναι, μηδὲ ἀπροφάσιστον ἀλλήλοις ἐπιφέρειν πόλεμον· τοὺς δὲ τῆς προφητείας ἀμφισβητοῦντας, πρὸς ἀλλήλους μονομαχήσοντας, ἔπαθλον τῷ νικῶντι προβέσθαι τὴν ἱερωσύνην.

ἔ. Ταῦτα τῆς Ἀρσάκης εἰπούσης, οἱ μὲν κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντες ἀνεβόησαν, καὶ τὰ εἰρημένα ἐπήγουν· ἅμα μὲν ¹ εἰς ὑποψίαν μοχθηρᾶς προαίρεσεως κατὰ τοῦ Πετοσίριδος κεινημένοι, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἐν ὀφθαλμοῖς καὶ ὅσον οὐπω προσδοκώμενον κίνδυνον, αὐτὸς τις ἕκαστος εἰς τὸν δι' ἑτέρων ἀγῶνα διώσασθαι δοκιμάζων. οἱ πολλοὶ δὲ Βησσαίων ἐώκεσαν οὐκ ἀρεσκομένοις, οὐδὲ ἐκδεῦναι προκινδυνεύειν σφῶν τὸν ἕξ-

lica, neque communis, privatim etiam controversiam componere, & finem, qui a Diis & aequitate illis designabitur, ratum habere. Aequum igitur mihi esse videtur, & impero, ut reliqui Memphitae & Bessaenses quieti sint, neque sibi vicissim sine causa bellum inferant; hi autem, quibus est de antistitio controversia, singulari certamine dimicent, ea conditione, ut victori sacerdotium praemium proponatur.

V. Haec cum Arsace fuisset elocuta, omnes, qui erant Memphi, exclamarunt, & ea, quae dicta fuerant, colaudabant; cum & Petosirim in suspicionem sceleratae voluntatis & propositi vocarent, & periculum, ob oculos positum & imminens, alieno se quisque certamine depulisse laetaretur. Multitudo vero Bessaensium non utique decreto contenta esse, neque periculo exponere

1 Εἰς ὑποψίαν) Sic Palat. Xyl. At Bas. εἰς ὑποψίας, minus bene.

αρχον βουλομένοις, ἄχρις ὃ Θύαμις ἔπεισε συγκατα-
 θέσθαι, τό τε ἀσθενές καὶ τὴν εἰς πολέμους ἀπειρίαν
 τοῦ Πετοσίριδος καταμηνύων, καὶ ὡς ἐκ πολλοῦ τοῦ
 περιόντος ἔσται αὐτῷ τὰ τῆς μάχης ἐπιθαρρύνων.
 ἄπερ, ὡς ἔοικε, καὶ ἡ Ἀρσάκη λαβοῦσα ἐνθύμιον τὴν
 μονομαχίαν προὔθηκεν, ἀνύποπτον ἑαυτῇ κατορθωθή-
 σεσθαι τὸν σκοπὸν συνορῶσα· καὶ ὡς ὁ Πετόσιρις ἀρα-
 ρότως αὐτῇ δίκην ὑφέξει πρὸς πολλῶν γενναιότερον τὸν
 Θύαμιν διαγωνιζόμενος. ἦν οὖν καὶ λόγου θαῦτον ὄραν
 τὰ τῆς προσταξέως περαινόμενα, τοῦ Θυάμιδος προ-
 θυμία πάσῃ τὴν πρόκλησιν ἐπισπεύδοντος, καὶ τὰ
 λειπόμενα τῶν ὅπλων ἐν κόσμῳ τῶν γινομένων γεγη-
 θότως ἀναλαμβάνοντος· πολλὰ καὶ τοῦ Θεαγένους
 ἐπιθαρσύνοντος, καὶ τό τε κράνος τῇ κεφαλῇ περιβέν-
 τος, εὐλόφόν τε καὶ ὑποχρῦσῳ μαρμαρυγῇ πυρσευό-

suum ducem velle videbatur, tamdiu, quoad illis Thyamis, ut assentirentur, persuasit, imbecillas vires Petofiris & incitiam bellandi exponens, &, quod longe meliore conditione, propter peritiam, proelium ipse initurus esset, eos confirmans. Quod etiam, ut est verisimile, Arface cogitans, singulare certamen proposuerat: animadvertens fore, ut sine ulla suspicione id, quod animo expetebat, ex illius sententia eveniret, & quod conveniente modo Petofiris illi daturus esset poenas, cum Thyamide longe generosiore dimicans. Ibi conspici potuit, vel dicto citius ea, quae fuerant imperata, perfici, cum Thyamis omni studio ad id, quod denuntiatum fuerat, properaret, ac reliquum armorum, quod desiderabatur ad iustam armaturam, alacriter fumeret; Theagene quoque multis modis illi animum addente, & galeam capiti imponente egregie cristatam, & deaura-

† Τῆς προσταξέως) Xyl. προσταξέως, Palat. vero προτάσεως.

μενον, καὶ τὰλλα τῶν ὄπλων πρὸς τὸ ἀσφαλὲς δια-
 δέοντος· τοῦ δὲ Πετοσίριδος καὶ ὑπ' ἀνάγκης, πυλῶν
 τε ἐκτὸς ἐκ προστάγματος καὶ τῆς Ἀρσάκης ὠθουμέ-
 νου, πολλά τε καὶ εἰς παραιτήσιν βοῶντος, καὶ πρὸς
 βίαν ἐξοπλιζομένου. Θεατάμενος δὲ αὐτὸν ὁ Θύαμις,
 ὦ γὰρ, ἔφη, Θεάγενης, οὐχ ὄρας ὅπως τῷ δέει
 πάλλεται ὁ Πετόσιρις; Ὁρῶ, ἔφη. ἀλλὰ πῶς χρήση
 τοῖς προκειμένοις; οὐ γὰρ ἀπλῶς πολέμιος, ἀλλὰ καὶ
 ἀδελφὸς ὁ ἐναντίος. ὁ δὲ, Εὖ λέγεις, εἶπε, καὶ τοῦ
 σκοποῦ τῆς ἐμῆς διανοίας ἐστοχασμένως. νικῆσαι δ' οὖν,
 Θεοῦ νεύοντος, οὐκ ἀποκτεῖναι προήρημαι. μὴ γὰρ οὐ-
 τω ποτὲ ὄργῃ καὶ μῆνις ἐφ' οἷς προπέπονθα κρατήσειεν,
 ὡς αἵματος ἀυταδέλφου καὶ Φόνου καὶ μιάσματος
 ὀμογαστρίου ἄμυναν μὲν ἐπὶ τοῖς παρελθούσι, τιμὴν
 δὲ τινα ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἀλλάξασθαι. Γενναίου τὰ

to fulgore micantem, & reliqua arma firmiter circum-
 ligante: Petosiris autem vi, prout imperatum fuerat,
 extra portas truderetur, multa ad deprecandum certa-
 men clamans, & arma invitus & coactus capiens. Cum
 igitur illum conspexisset Thyamis: Bone; inquit, Thea-
 genes, an non vides, quantopere prae metu tremat Pe-
 tofiris? Video, inquit. Ceterum quo modo iis, quae sunt
 prae manibus, uteris? Neque enim simplex hostis, sed
 frater tibi obiectus est. Ille autem, Recte dicis, inquit,
 & proxime scopum meae mentis attigisti. Ego vero vin-
 cere, annuente Deo, non interficere, decrevi. Absit e-
 nim, ut tantopere ira & indignatio propter ea, quae
 antea sum passus, in me effervescat, ut cum sanguine
 fratris, & germani caede atque contaminatione vindi-
 ctam iniuriae praeteritae, honorem autem futurum com-
 mutare velim. Generosi hominis verba sunt, inquit

ρήματα, ἔφη ὁ Θεαγένης, καὶ γνωρίζοντος εὖ τὴν φύ-
σιν. ἀλλ' ἐμοὶ δῆτα, τί παραφουλάττειν ἐπιστέλλεις;
καὶ ὅς, Ὁ μὲν προκείμενος ἀγὼν, εὐκαταφρόνητος· ἀλλ'
ἐπειδὴ πολλὰ καὶ παράδοξα πολλάκις αἱ κατ' ἀν-
θρώπους τύχαι καιουργοῦσιν, εἰ μὲν ἐγκρατοίην, συν-
εισελεύσῃ τε εἰς τὸ ἄστυ, καὶ συνοικήσεις ἐπὶ τοῖς ὁμοί-
οις· εἰ δέ τι τῶν παρ' ἐλπίδας ἀποβαίνει, Βησσαέων
ἠγήσῃ τούτων, εὐνοίαν πρὸς σε πολλὴν ἐχόντων· καὶ
τὸν ληστρικὸν διαθλήσεις βίον, ἕως ἂν τι τέλος τῶν κα-
τά σε δεξιώτερον ὑποφῆνῃ θεός.

στ'. Ἐπὶ τούτοις ἠσπάζοντό τε ἀλλήλους σὺν δά-
κρυσιν ἅμα καὶ Φιλήμασιν. καὶ ὁ μὲν αὐτοῦ καθῆστο
ὡς εἶχε περισκοπῶν τὸ μέλλον· καὶ τῇ Ἀρσάκῃ παρ-
εἶχεν οὐκ εἰδὼς ἐντροφᾶν αὐτοῦ τῇ θεᾷ, παντοίως αὐ-
τὸν περισκοπούσῃ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τέως ἀπολαύ-

Theagenes, & naturae vim egregie intelligentis. Mihi
vero quid, ut observem, imperas? Tum ille: Certamen
quidem propositum nihil habet periculi, ita ut facile
contemni possit: verumtamen quoniam multa, atque
ab opinione hominum aliena, saepius fortunae humanae
varietas efficit, si victor evasero, una ingredieris ur-
bem, & habitabis mecum aequali iure; sin aliquid prae-
ter spem acciderit, Bessaensium istorum, qui tibi ma-
gnopere favent, dux eris, & praedonum vitam ages,
donec aliquem finem tuis rationibus dexteriorem Deus
ostenderit.

VI. His ita compositis, complectebantur se mutuo cum
lacrimis & osculis. Et hic quidem ibi, quo fuerat habi-
tu, sedebat, circumspiciens id, quod futurum erat; &
Arsacae praebebat, inscius ipse, occasionem voluptatem
capiendi ex suo spectaculo, undiquaque illum circum-

εἰν τῆς ἐπιθυμίας ἐπιτρεπούση. ὁ δὲ Θυάμις ἐπὶ τὸν Πετόσιριν ἄρμησεν. οὐ μὲν ὑπέστη γε ἐκεῖνος τὴν ἔφοδον¹ ἀλλὰ τὴν πρώτην κίνησιν τραπείς ἐπὶ τὰς πύλας εἰσφρῆσαι εἰς τὸ ἄστν προθυμούμενος. ἀλλ' ἦνέ τε οὐδέν, ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταῖς πύλαις ἀποκρουόμενος, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους μὴ παραδέχεται² καθ' ὃ μέρος ὀρμήσειεν ἐπικελευομένων. ἀπεδίδρασκε δὴ τε ὡς εἶχε τάχους περὶ τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, ἤδη καὶ τὰ ὄπλα ἀποβαλὼν. συμπαρέθει δὲ κατόπιν καὶ ὁ Θεαγένης, ὑπεραγωνιῶν τε τοῦ Θυάμιδος, καὶ τῶν γινομένων μὴ πάντα ὄραν, οὐ φέρων· οὐ μὲν ἔνοπλος γε, τοῦ μή τινα λαβεῖν ὑπόνοιαν ὡς τῷ Θυάμιδι τοῦ ἔργου συνεφαιψόμενος, ἀλλ' ἔνθα καθῆστο πῶς τείχους ὑπ' ὅψει τῆς Ἀρσάκης τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ κατα-

spicienti, & oculis tum cupiditate frui permittenti. Thyamis vero ad Petosiridem contendit. Ceterum ille non sustinuit eius adventum: sed cum illum se aggredi vidisset, conversus ad portam, recipere se in urbem voluit. Sed nihil proficiebat, cum ab iis, qui ad portas stabant, reiiceretur; & hi, qui erant in muro, ad quam partem cursum direxisset, ne a quoquam reciperetur, adhortarentur. Fugiebat igitur, quanta celeritate potuit, in circuitu urbis, iam & abiectis armis. Currebat autem una quoque a tergo Theagenes, propter Thyamidem sollicitus, & non continens sese, quin videret omnia, quae fiebant: verum non armatus, ne veniret in suspicionem, quod Thyamidi esset opem laturus; sed ad eam partem muri, ad quam confederat in conspectu Arsa-

1 Ἀλλὰ τὴν πρώτην κίνησιν) In Codd. hic locus ita legitur: ἀλλὰ παρὰ (quod tamen recte abest a Palat.) τὴν πρώτην κίνησιν εἰς φυγὴν (additum hoc in Palat. & Xyl.) τραπείς ἐπὶ τὰς πύλας ἔβη, εἰς τὸ

(ita Palat. & Xyl.) εἰσφρῆται εἰς τὸ ἄστν προθυμούμενος. Quae supplementa pro glossis habenda esse vidit iam Dorv. ad Charit. p. 707.

2 Καθ' ὃ μέρος) Καθὸ μέρος omnes edd. vitiose.

Δέμενος, καὶ ταῦτα περισκοπεῖν αὐτῇ πάλιν ἀνθ' ἑαυτοῦ παρασχᾶν, συμπαραμάρτει τοῖς δρόμοις, οὔτε ἀλισκομένου τοῦ Πετοσίριδος, οὔτε καταπολὺ Φυγῆ Φθάνοντος, ἀλλ' ἀεὶ ληφθησομένῳ προσεικότες, καὶ τσοῦτον ὑπεκφεύγοντος, ὅσον εἰκὸς ἦν τοῦ ἀνόπλου καθυστερεῖν ἠπλισμένον τὸν Θύαμιν. εἰς ἅπαξ μὲν εὖν καὶ δεύτερον οὕτω περιήλασαν τὸ τεῖχος· ἀλλ' ὅτε ὁ τρίτος αὐτοῖς ἠνύετο κύκλος, ἤδη τὸ δόρυ τοῦ Θύαμιδος κατὰ τῶν μεταφρέων τ' ἀδελφοῦ κατασείοντος, καὶ μένειν ἢ βεβλήσθαι διαπειλοῦντος, ἢ πόλις δὲ ὡς ἐκ θεάτρου περιεστῶσα τοῦ τεύχους ἠβλοβέτει τὴν θεάν, τότε δὴ πως εἴτε δαιμόνιον, εἴτε τύχη τις τ' ἀνθρώπεια βραβεύουσα, καινὸν ἐπεισόδιον ἐπετραγῶδει τοῖς δρωμένοις, ὥσπερ εἰς ἀνταγώνισμα δράματος ἀρχὴν ἄλλου παρεισφέρουσα, καὶ τὸν Καλάσιριν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν ἐκείνην, ὥσπερ ἐκ μηχανῆς σύνδρομόν τε καὶ οὐκ

ces, scutum & hastam deponens, & spectanda illi rursus pro se exhibens, sequebatur illorum cursum, neque adhuc Petosiride capto, neque longe praecurrente, sed iam iam comprehendendo simili, & tantum eatenus effugiente, quatenus consentaneum fuerat, armatum Thyamim a tergo inermis relinqui. Semel igitur atque iterum ita decurrerunt circa murum. Sed quando tertium orbem conficiebant, iam hastam Thyamide dorso fratris intentante, & manere, nisi vulnus accipere mallet, iubente, civitate autem, tanquam ex theatro, iudice & arbitra spectaculi constituta: tunc sane seu numen, seu fortuna quaedam, gubernans res humanas, nova accessione, tanquam in tragoedia, auxit ea, quae agēbantur, quasi aemulatione quadam initium alterius fabulae afferens; & Calasiridem die ac hora illa, tanquam ex composito, socium cursus, & infelicem spectatorem certaz-

εὐτυχῆ θεῶν τῶν περὶ ψυχῆς ἀγῶνι τῶν παιδῶν ἐφίστησι· πολλὰ μὲν ἀνατλόντα καὶ πάντα ¹ μηχανήσασαμενον, Φυγὰς τε ἑαυτῶ καὶ ἄλλας ξενικὰς ἐπιβιβλόντα, εἴπως ἐκκλίνειε τὴν οὕτως ἀπηγῆθεαν, ἐκνικηθέντα δὲ ὑπὸ τῆς εἰμαρμένης, καὶ ἰδεῖν ἅ πάσαι αὐτῶ οἱ θεοὶ προεθέσπισαν συναλαθέντα· πόρρωθεν μὲν τὰ τῆς διώξεως προκατοπτεύσαντα, ἐκ δὲ τῶν πολλὰκις προῤῥηθέντων τοὺς παιδάς εἶναι τοὺς αὐτοῦ συννόησαντα, καὶ συντονωτέροις ἢ καθ' ἡλικίαν δρόμοις ἐπὶ τῶ Φθῆναι τὴν εἰς τέλος αὐτῶν συμπλοκὴν, καὶ τὸ γῆρας βιασάμενον.

ζ'. Ὡς δ' οὖν ἐπέστη, καὶ πλησίον ἤδη συμπάρεθαι, Τί ταῦτα, ² ὦ Θύαμι καὶ Πετόσιρι; συνεχῶς ἐβόα· τί ταῦτα παῖδες; ἀνεκάλει πολλάκις. εἰ δ' οὐ-

minis liberorum de vita, constituit. Qui etsi multa perpeffus fuerat, & multa tentaverat, exfilioque se & secessu in peregrinas terras multaverat, ut tam crudele spectaculum evitare posset: tamen fato victus, videre ea, quae illi iampridem Dii oraculo praedixerant, coactus est. Et e longinquo cursum & infestationem prospiciens, ex iis, quae illi saepius praedicta fuerant, filios suos esse intellexit: intensiorique cursu, quam alioqui aetas patiebatur, antevertere illorum ultimam manuum confertionem conatus est, etiam vim faciens senectuti.

VII. Postquam igitur supervenit, & propius iam unā currebat, Quid hoc sibi vult, o Thyami & Petosiri? continue vociferabatur: quid, malum, hoc amentiae est, filii? saepius inclamabat. Illi autem, cum nondum patris

¹ Μηχανήσασαμενον) Βαλ. μηχανήσασαμενον, & mox ἄλλας pro ἄλλας, utrumque vitiose.

² ὦ Θύαμι καὶ Πετόσιρι; συν-

εχῶς ἐβόα) Absunt haec verba a Βαλ. cuius erroris causa in repetito τί ταῦτα latet.

δέπω τὴν πατρίαν γνωρίζοντες ὄψιν, τοῦ μὲν ἔτι τοῖς πτωχικοῖς ἡμφιεσμένου ῥάκεσιν, αὐτοὶ δὲ ὅλοι τῆς ἀγωνίας ὄντες, ὡς τινα τῶν ἀγυρτῶν ἢ καὶ ἄλλως ἐξεστηκότων παρήμειβον. τῶν δὲ ἐπὶ τοῦ τείχους, οἱ μὲν ἐθαύμαζον ὡς ἀφειδοῦντα αὐτοῦ καὶ εἰς ξιφῆρεις ἐμβάλλοντα· οἱ δὲ ὡς παραπλήγα καὶ μάτην φερόμενον ἐγέλων. ἀλλ' ὅτε συνεῖς ὁ πρεσβύτης ὑπὸ τῆς εὐτελείας τοῦ σχήματος ἑαυτὸν οὐ γνωριζόμενον, ἐγυμνάθη μὲν τῶν ἐπιβεβλημένων ῥακῶν, τὴν δὲ ἱερὰν κόμην ἀδέτον οὔσαν καθῆκε, καὶ τὸ κατ' ὤμων φορτίον, καὶ τὴν ἐν χερσὶ βακτηρίαν ἀπορρίψας, ¹ ἔστη κατὰ πρόσωπον, καὶ ὤφθη γεραρός τε καὶ ἱεροπρεπῆς, ὑπώκλασέ τε ἡρέμα, καὶ τὰς χεῖρας εἰς ἱκετηρίαν προτείνας, ² ὦ τέκνα, σὺν δάκρυσιν ἀνωλόλυξεν, οὗτος

vultum agnoscerent, adhuc mendicorum pannis vestiti, & ipsorum animus totus esset in certamine, tanquam aliquem circulatorem, aut alioqui non satis mentis com-
potem, praeteribant. Ex iis vero, qui erant in muro, nonnemo mirabatur, quod sibi non parceret, & inter digladiantes sese coniiceret: aliqui vero tanquam amen-
tem, & frustra sese medium inferentem, ridebant. Cum igitur senex intellexisset, se propter vilitatem habitus non agnosci, deiecit pannos, quibus desuper erat indu-
tus, & sacram comam, cum non esset religata, promi-
sit, ac onere, quod gerebat in humeris, cum baculo, quem habebat in manibus, abiecto, stetit adversus, & facie ipsis paruit veneranda ac pontifice digna, sensim-
que se curvavit, & manus supplices protendens, lacri-
mis obortis, eiulando inquit: O filii, en ego sum Calasi-

¹ Ἔστι κατὰ πρόσωπον, καὶ ὤφθη γεραρός τε καὶ ἱεροπρεπῆς, ὑπώκλασέ τε ἡρέμα, καὶ τὰς χεῖρας) De-
ficiunt haec verba in Basil. quae

recte e tribus Codicibus Com-
melinus restituit, & ad exorna-
tionem totius loci exprime faci-
ciunt.

ἐγὼ Καλάσιρις, οὗτος ἐγὼ πατὴρ ὁ ὑμέτερος· αὐτοῦ στή-
 τε, καὶ τὴν ἐκ μοιρῶν μανίαν στήσατε, τὸν Φύντα καὶ
 ἔχοντες καὶ αἰδεσθέντες. τότε οἱ μὲν παρεΐθησαν, καὶ
 κατενεχθῆναι μικρὸν ἀπολιπόντες, προσέπιπτον ἄμφω
 τῷ πατρὶ, καὶ τοῖς γόνασι περιφύντες, πρῶτα μὲν ἀτε-
 νέστερον ἐνορῶντες, διηκριβοῦντο τὸν ἀναγνωρισμὸν. ὡς δὲ
 οὐ Θάσμα τὴν ὄψιν, ἀλήθειαν δὲ, ἐγνώρισαν, πολλὰ
 ἄμα καὶ ἐξ ἐναντίων ἔπασχον. ἤδαντο ἐπὶ τῷ Φύντι σω-
 ζομένῳ παρ' ἐλπίδας· ἐφ' ἣ κατελαμβάνοντο πράξει,
 καὶ ἠνιῶντο καὶ ἠσχύνοντο· τῆς ἀδελφίας τῶν ἀποβη-
 σομένων εἰς ἀγωνίαν καθίσταντο. καὶ ταῦτα ἔτι· τῶν
 ἐκ τῆς πόλεως θαυμαζόντων, καὶ λεγόντων μὲν οὐδὲν,
 οὐδὲ πραττόντων, ὥσπερ δὲ ἀχανῶν ὑπὲρ ἀγνοίας καὶ
 τοῖς γεγραμμένοις παραπλησίῳ, πρὸς μόνην τὴν θεῶν
 ἐπτοημένων, ἕτερον ἐγίγνετο παρεγκύκλημα τοῦ δρά-
 ματος. ἡ Χαρίκλεια κατ' ἴχνος ἐφεπομένη τοῦ Κα-

ris, en ego sum vester pater. Hic iam consistite, & fu-
 rorem, qui malo fato exortus est, compescite, cum pa-
 trem & habeatis, & revereri debeatis. Iam tum langue-
 bant, tantumque non collapsi, provoluti sunt ad genua
 patris, & amplexi, primum defixis oculis intuebantur,
 examinantes illius agnitionem: deinde, postquam non
 spectrum esse, sed ipsum revera, cognoverunt, variis
 affectibus & inter se contrariis commovebantur. Lae-
 tabantur propter parentem, praeter spem superstitem
 conspectum: excruciabantur & erubescabant propter
 actionem in qua deprehensi fuerant: & erant solliciti
 ob futurorum incertitudinem. Haec autem adhuc iis, qui
 erant in urbe, mirantibus, & neque dicentibus quidquam,
 neque agentibus, verum paene stupentibus prae inscitia,
 & pictorum similibus ad solum spectaculum arrectis,
 alius actus obiter inferebatur fabulae. Chariclea, vesti-

λασίριδος, καὶ πόρρωθεν ἀναγνωρίσατα τὸν Θεαγένην,
 (ὅξυ γάρ τι πρὸς ἐπίγνωσιν ἐρωτικῶν ὄψις, καὶ κίνη-
 μα, πολλάκις καὶ σχῆμα μόνον· καὶν πόρρωθεν ἢ καὶν
 ἐκ νώτων τῆς ὁμοιότητος τὴν Θαντασίαν παρέστησεν)
 ὥσπερ οἰστρηθεῖσα ὑπὸ τῆς ὄψεως, ἐμμανὴς ἐπ' αὐτὸν
 ἵεται καὶ περιφύσα τοῦ ἀυχένος ἀπρίξ εἶχετο καὶ ἐξ-
 ἠρτητο, καὶ γοεροῖς τισι κατησπάζετο θρήνοις. ὁ δέ,
 οἶον εἰκὸς, ὄψιν τε ρυπῶσαν καὶ πρὸς τὸ αἰσχρότερον
 ἐπιτετηθευμένην ἰδῶν, καὶ ἐσθῆτα τετρυχωμένην, καὶ
 κατέρρωγυῖαν, ὥσπερ τινα τῶν ἀγειρουσῶν καὶ ἀλη-
 θῶς ἀλήτιν, διωθεῖτο καὶ παρηγκωνίζετο. καὶ τέλος
 ἐπειδὴ οὐ μεθίει, ὡς ἐνοχλοῦσαν καὶ τῇ θεᾷ τῶν ἀμ-
 φι Καλάσιριν ἐμποδῶν ἵσταμένην, καὶ διερράπισεν.
 ἢ δέ, ὦ Πύθειε, πρὸς αὐτὸν ἡρέμα· οὐδὲ τοῦ λαμπα-

giis insequens Calasiridem, cum e longinquo cognovif-
 fer Theagenem, (acris est enim in cognoscendo aman-
 tium adspectus, saepiusque motus tantum & habitus,
 quamvis e longinquo, aut etiam a tergo, similitudinis
 opinionem praebeuit) tanquam ista illius adspectu, furi-
 bunda ad ipsum fertur, & haerens in amplexu, e collo
 nulla voce edita pendebat, lugubribusque quibusdam
 lamentis eum salutabat. Ille autem, ut est verisimile,
 vultum squalidum, & ex industria contaminatum &
 pollutum, videns, & vestem vilem ac laceram, veluti
 aliquam ex circulatricibus, & revera vagabundam, re-
 pellebat ac reiiciebat: & ad extremum, cum non desi-
 steret, tanquam sibi molestae, & spectaculum illud Ca-
 lasiridis impediendi, etiam alapam inflixit. Illa autem, o
 Pythie, submisit ad illum, neque faculae amplius re-

1 Ἰδῶν) Abest hoc verbum a e Bas. illud reduxit; iniurius ta-
 Palat. & Xyl. Quo tamen eiecto, men in hoc, quod uncis include-
 nescio quomodo tota oratio stare rit, e quibus nos illud optimo
 possit. Vidit hoc iam Commel, qui iure exemisse putamus.

δίου μέμνησαι; καὶ τότε Θεαγένης ὥσπερ βέλει τῷ
 ῥήματι βληθεὶς, καὶ τῶν συγκειμένων αὐτοῖς¹ συμ-
 βόλων τὸ λαμπάδιον γνωρίσας, ἐνατενίσας τε καὶ
 ταῖς βολαῖς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς Χαρικλείας,² ὥσπερ
 ὑπ' ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν διαπτούσης καταυγασθεὶς, πε-
 ριέβαλλέ τε καὶ ἐνηγκαλίζετο· καὶ τέλος τὸ πρὸς τῶν
 τείχει σύμπαν μέρος καθ' ὃ προκαθῆστο ἡ Ἀρσάκη δι-
 οιδουμένη, καὶ οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας ἤδη τὴν Χαρίκλειαν
 θεωμένη, σκηνογραφικῆς ἐπληροῦτο θαυματουργίας.

ἦ. Πέλυτο μὲν ἄβυσσος ἀδελφῶν πόλεμος, καὶ
 ἀγῶν ὁ δι' αἵματος κριθήσεσθαι προσδοκώμενος, εἰς
 κωμικὸν ἐκ τραγικοῦ τὸ τέλος κατέστρεφε. πατὴρ τοῦς
 παῖδας ξιφῆρεις ἐπ' ἀλλήλους καὶ μονομαχοῦντας θεα-
 σάμενος, καὶ ὁ τὸν παρὰ τοσοῦτον τῶν τέκνων θάνα-
 τον ἐν ὀφθαλμοῖς τοῖς γεννήσασι δυστυχῆσαι κινδύ-

cordaris? Tum Theagenes, verbo illo tanquam iaculo
 ictus, & ex constitutis inter illos tefferis faculam co-
 gnoscens, defixisque oculis contuitus, & obtutu Cha-
 ricleae tanquam ex nubibus radio emicante illustratus,
 in collum invadebat: postremo tota pars ad murum, in
 quo federat Arface tumens, & non sine zelotypia iam
 Charicleam adspiciens, plena erat scenica quadam mi-
 rificaque repraesentatione.

VIII. Diremtum est nefarium bellum inter fratres,
 & certamen, quod cruentum fore putabatur, in comi-
 cum finem ex tragico defuit. Pater, filios armatos con-
 tra sese, singulari certamine dimicantes conspiciatus, qui
 eo discriminis venerat, ut paene oculis parentis infelix

¹ Συμβόλων) Bas. συμβόλοις·
 vitiose.

² Ὡσπερ ὑπ' ἀκτῖνος ἐκ νεφῶν
 διαπτούσης) Praeclare ita hunc lo-
 cum emendavit Dorvill. ad Char.

p. 362. Nam proprium hoc de ful-
 gure & stellis traiciantibus ver-
 bum. Vulgo: ὥσπερ ἐκ νεφῶν ὑπὸ
 ἀκτῖνος διαπτούσης.

νεύσας, εἰρήνης αὐτὸς ἐγένετο πρύτανις· διαδραῖναι μὲν τὸ προσωρισμένον ἐκ μοιρῶν ἀδυνατήσας, εἰς καιρὸν δὲ ἐπιστῆναι τοῖς ἀποκεκληρωμένοις εὐτυχήσας. παῖδες τὸν Σύντα μετὰ δεκαετοῦς ἄλης χρόνον ἐκομίζοντο· καὶ τὸν αἴτιον τῆς ἐπὶ τῇ προφητεῖᾳ καὶ μέχρως αἵματος στάσεως, αὐτοὶ μικρὸν ὕστερον κατέστρεφον, καὶ τοῖς τε συμβόλοις τῆς ἱερωσύνης ἀναδοῦντες παρέπεμπον. ἐφ' ἅπασιν δὲ τὸ ἐρωτικὸν μέρος τοῦ δράματος, ἡ Χαρίκλεια καὶ ὁ Θεαγένης, ¹ ἐπήμαζεν, ἀραῖοι καὶ χαρίεντες οὕτω νέοι, παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀλλήλους ἀπειληφότες, καὶ πλέον τῶν ἄλλων εἰς τὴν ἐφ' ἑαυτοῦς θῆσαν τὴν πόλιν ἐπιστρέφοντες. ἐξεχύθη γοῦν πᾶσα διὰ πυλῶν, καὶ τὸ προκειμένον πεδίον ἐπλήρου διὰ πάσης ἡλικίας· τοῦ μὲν ἐφηβεύοντος τῆς πόλεως, καὶ εἰς ἀνδρας ἄρτι παραλλάττοντος, τῷ Θεαγένει ² προστρέ-

mors liberorum subiiceretur, ipse pacis fiebat arbiter. Qui effugere quidem fatorum necessitatem non poterat: ceterum tempori ad ea, quae definita fuerant, veniens, fortunae successu usus videbatur. Filii parentem post decennalem erroris intercapedinem recuperabant, & eum, qui fuerat causa propemodum cruentae propter antistitium seditionis, ipsi paullo post coronabant, sacerdotii-que insignibus ornatum deducebant. Inter omnia vero amatoria pars fabulae, Chariclea atque Theagenes, formosi & venusti iuvenes, cum praeter omnem spem & opinionem se recuperassent, vigebat, & magis, quam cetera, urbem ad spectaculum sui convertebat. Effusa namque fuerat per portas, & patentem campum frequentia cuiuslibet aetatis impleverat: parte civitatis pubere, & virilem aetatem tum primum attingente, accur-

¹ Ἐπήμαζεν) Palat. ἐπήμα- ² Προστρέχοντος) Bas. vitiose:
ζον, quod praeferebat Commel. *πριστρέχοντες.*

χοντος· τῷ δὲ Θυάμιδι τῆς ἀκμαζούσης ἡλικίας, καὶ τοὺς ἀνδράς ὀλοκλήρως πληρούσης, καὶ τι καὶ ἀναγνωρίζειν τὸν Θυάμιν ἐχούσης. τὸ δὲ παρθενεῦον τοῦ ἄστεος, καὶ νυμφῶνας ἤδη φανταζόμενον, τὴν Χαρίκλειαν περιεῖπε· πρεσβυτικὸν δὲ καὶ ἱερὸν ἅπαν γένος ἐδορυφόρει τὸν Καλάσιριν· καὶ πομπή τις ἱεροπρεπῆς αὐτοσχέδιος ἐστέλλετο· τοὺς μὲν Βησσαεῖς τοῦ Θυάμιδος ἀποπέμφαντος, καὶ χάριν τε τὴν γενομένην ὑπὲρ τῆς προθυμίας ὁμολογήσαντος· καὶ βοῦς μὲν ἑκατὸν, χίλια δὲ πρόβατα, καὶ δραχμὰς ἐπάστῳ δέκα μικρὸν ὑστερον καὶ εἰς πληρουμένην τὴν σελήνην, ἀποστέλλειν ἐπαγγειλαμένου· τὸν αὐχένα δὲ ὑπάγοντος ταῖς χερσὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τὴν πορείαν ἐπικουφίζοντος, καὶ τὴν βᾶσιν τοῦ πρεσβύτου πρὸς τὸ παρ' ἐλπίδα χαῖρον ἡμέρα παραλυομένην ἐφεδράζοντος. ἐποίει δὲ ταυτὸν ἐκ πατέρων καὶ ὁ Πετόσιρις· καὶ ὑπὸ λαμπάσιν ἡμέραις ἐπὶ τὸν νεῶν τῆς Ἰσίδος κατήγετο ὁ

rente ad Theagenem; ad Thyamidem vero, florentis aetatis, & exacta maturitate viros constituentis, atque etiam per aetatem Thyamim cognoscentis. Porro virginea urbis portio, de sponso iam cogitans, ad Charicleam adhaerescebat. Senile autem & sacrum genus totum stipabat Calafiridem. Atque ita pompa quaedam sacra repente constiterat, cum Thyamis Bessaenses remisisset, gratiasque illis pro navata sibi cupide opera egisset, boves centum, mille vero oves, & singulis decem drachmas paullo post ad plenilunium se missurum promittens; collum vero manibus patris subiiceret, & itineris molestiam levaret, incessumque fenis, prae insperato gaudio sensim languefactum ac dissolutum, suffulciret & sustentaret. Faciebat vero idem ex altera parte Petosiris: & cum facibus accensis deducebatur in templum Idis

πρεσβύτης, ὑπὸ κράτῳ καὶ εὐφημία πολλῇ δορυφορού-
 μενος, πολλῶν ἅμα συρίγγων καὶ αὐλῶν ἱερῶν ἐπη-
 χούτων, καὶ πρὸς χοροὺς ¹ τὸ ἀγέρωχον τῆς ἡλικίας
 ἐκβακχεύοντων. οὐ μὴν οὐδὲ ἡ Ἀρσάκη κατόπιν ἐλεί-
 πετο τῶν δρωμένων· ἀλλ' ἴδιον δορυφόρημα καὶ πομ-
 πείαν καθ' ἑαυτὴν ὑπέρογκόν τινα σοβοῦσα, ² ὄρμους
 καὶ πολὺν χρυσὸν ἐπέβαλεν εἰς τὸ Ἴσιον, οὕτως μὲν
 δοκεῖν, διάπερ καὶ ἡ λοιπὴ πόλις· ἐκ μόνου δὲ τοῦ
 Θεαγένους τὸν ὀφθαλμὸν ἀναρτήσασα, καὶ πλεόν τῶν
 ἄλλων τῆς ἐκείνου θεᾶς ἐμφορουμένη· οὐ μὴν ἔχουσα
 γε καθαρὸν τὸ εὐθύμημα ἠδόμενον. ἀλλὰ τὴν Χαρί-
 κλειαν ὁ Θεαγένης ἐξ ὠλένης χειραγωγῶν, καὶ τὴν
 ὀχλικὴν ἐπιφορὰν ἀναστέλλων, δριμύ τι τῇ Ἀρσάκῃ
 ζηλοτυπίας κέντρον ἐπέβαλεν. ὡς οὖν ³ ἐντὸς ἐγεγόνει
 τῶν ἀναικτόρων ὁ Καλάσιρις, ρίπτει μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ πρό-

fenex, plausu & gratulationibus stipatus, multis simul
 fistulis & tibiis facris resonantibus, & ad tripudia fer-
 ventem & vegetam aetatem exfuscitantibus. Porro nec
 Arsace a tergo relinquebat ea, quae fiebant; sed suam
 quoque catervam & comitatum seorsim magno cum fa-
 ctu ostentans sequebatur: monilia multumque auri in
 templum Isidis imposuit, eo quidem praetextu, quod ex-
 emplum reliquae urbis imitaretur; ex solo vero Thea-
 gene suspendens oculos, & prae ceteris illius conspectu
 perfruens, nec tamen sincero erga illum studio se ob-
 lectans. Porro cum Charicleam Theagenes manu tenens
 duceret, turbamque confertam removeret, acrem quen-
 dam zelotypiae stimulum Arsacae infixit. At Calasiris,
 ut ingressus est interiorem templi partem, procidit in

1 Το ἀγέρωχον τῆς ἡλικίας) Fe-
 rocem, exultantem iuventutem. Ma-
 le Palat. & Xyl. τὸν ἀγέρωχον τῆς
 ἡλικίας.

2 Ὀρμους) Abest a Bas. additum
 a Commelino e Palat. & Xylandri
 libro.

3 Ἐντὸς) Bas. ἐκτός male.

σωπον' τοῖς δὲ ἴχνεσι προσΦύς τοῦ ἀγάλματος, ὠρῶν τε ἐπιπλείστον οὕτως ἔχων, ὀλίγου μὲν ¹ καὶ ἐκθανεῖν ἐδέησεν. ἀναλαβόντων δὲ τῶν περιεστώτων, μόλις διαναστάς, καὶ σπείσας τε τῇ θεῷ καὶ κατευξάμενος, ἀφελὼν τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τὸν τῆς ἱερωσύνης στέφανον, τὸν παῖδα τὸν Θύαμιν κατέστεφεν· αὐτὸς μὲν ἤδη γηραιὸς τε εἶναι πρὸς τὸ πλήθος εἰπὼν, καὶ ἄλλως προορῶν ² τὴν τελευταίην πλησιάζουσαν· τὸν δὲ παῖδα πρεσβύτερον ὄντα τοῦ γένους, χρεωστῆσθαι τε τὰ σύμβολα τῆς προφητείας ἐκ τοῦ νόμου· καὶ ἰκανῶς τε ἔχειν ψυχῆς τε ἅμα καὶ σώματος πρὸς τὰς ἱερωσύνης λειτουργίας.

Ζ'. ³ Ἐκβοησάντων δὲ πρὸς ταῦτα τοῦ δήμου, καὶ συγκατατίθεσθαι διὰ τῶν ἐπαίνων παραδηλούντων,

faciem, & cum vestigiis simulacri incubaret, multoque tempore ita maneret, parum aberat, quin moreretur. Revocantibus autem eum ad sese circumstantibus, vix confurgens, cum libasset Deae, vota nuncupasset, demens suo capiti sacerdotii coronam, filium Thyamidem coronabat, se iam senem esse, ad multitudinem dicens, & alioqui sibi imminere mortem prospicere; filio vero maiori natu & deberi insignia antistitii lege, & illum satis habere dotum animi & corporis ad sacerdotii munia obeunda.

IX. Cum ad haec populus exclamasset, seque approbare laudibus & praeconiis significasset, ipse templi quan-

¹ Καὶ ἐκθανεῖν) Ex Euripide Hec. 246, & Heracl. 560, haec ῥῆσις videtur petita.

² Τὴν τελευταίαν) Sic Baf. Reliqui omnes τὴν τελευταίαν, sc. ἡμέραν, quod magis graecum videtur.

³ Ἐκβοησάντων -- τοῦ δήμου,

καὶ -- παραδηλούντων) Exquisitior hanc σύνθεσιν habet Cod. Pal. vulgarem rationem exhibet Baf. ἐκβοησάντος, servato tamen altero παραδηλούντων. Mihi tamen τοῦ δήμου glossa τῶν πολλῶν vel sim. videtur.

αὐτὸς μὲν τοῦ νεῶ μέρος τι καταλαβὼν, ὃ δὴ τοῖς προ-
 Φητεύουσιν ἀποκεκλήρωτο, τοὺς τε παῖδας ἔχων ἅμα
 καὶ τοὺς περὶ τὸν Θεαγένην, ἐγκατέμεινεν· οἱ λοιποὶ
 δὲ εἰς οἴκησιν ἕκαστος τὴν ἑαυτῶν ἀπεχώρου. ἀπεχώ-
 ρει δὲ καὶ ἡ Ἀρσάκη· μόλις μὲν καὶ πολλάκις ἀνα-
 στρέφουσα, καὶ πλείονι θεραπεΐα δῆθεν τῇ περὶ τὴν
 θεὸν ἐναλύουσα· πλὴν ἀλλ' ἀπεχώρει γε ὄψε' ἔπειτα,
 καὶ θαμὰ πρὸς τὸν Θεαγένην, ἕως ἔξην, ἐπιστρέφου-
 σα. ἔπει δ' οὖν εἰς τὴν βασιλείου αὐλὴν ἦλθε, διαμ-
 πᾶς ἐπὶ τὸν θάλαμον ἔτετο, καὶ καταβαλοῦσα ἑαυτὴν
 ἐπὶ τῆς κλίνης, ὡς εἶχε σχήματος, ἔκειτο ἀναυδος·
 γύναιον καὶ ἄλλως πρὸς ἄσημον ἠδονὴν ἐπίφορον, τότε
 δὲ πλέον ὑπὸ θεᾶς ἀμάχου τῆς Θεαγένους, καὶ τὰς
 πῶποτε εἰς πείραν ἐλθούσας ὄψεις ὑπερπαιούσης, ἀνα-
 καιόμενον. παννύχιος γοῦν ἔκειτο, ¹ πυκνὰ μὲν πρὸς
 ἑκατέραν πλευρὰν τὸ σῶμα διαστρέφουσα, πυκνὰ δὲ

dam partem occupans, quae antistitibus est attributa,
 filios una secum habens & Theagenem, ibi mansit. Re-
 liqui vero in suam quisque domum discedebant. Disce-
 debat & Arface, vix quidem, & saepius revertens,
 quasique maiori observantia circa Deam immorans: ve-
 rumtamen discedebat aliquando, identidem sese ad Thea-
 genem, quamdiu licuit, convertens. Postquam igitur in
 regiam aulam est ingressa, recta ad thalamum ibat, &
 deiiciens sese in lectum, eo habitu, quo fuerat, iacebat,
 nulla voce edita: muliercula alioqui proclivis in libidi-
 nem, tum vero praecipue conspectu formae Theagenis
 excellentis, & reliquas omnes, quascunque antea co-
 gnoverat, superantis, inflammata. Iacebat igitur tota
 nocte, subinde in alterum latus corpus obvertens, iden-

1 Πυκνὰ μὲν --- διαστρέφουσα) Colores huius loci desumpti ex Ho-
 mer. Iliad. α', 5, 10 seq.

καὶ βύβιον ἐπιστένουσα, νῦν μὲν ὀρθουμένη, νῦν δὲ
 ὀκλάζουσα ἐπὶ τῆς στρωμνῆς, καὶ τῆς ἐσθῆτος ἑαυτὴν
 κατὰ μέρος ἀπογυμνοῦσα, καὶ αὖθις ἀθρόον ἐπὶ τὴν
 εὐνὴν καταφέρουσα· καὶ ποτε καὶ παιδίσκην ἀπροθα-
 σίστως προσκαλέσασα, αὖθις ἀπέπεμπεν οὐδὲν ἐπι-
 στείλασα. καὶ ἀπλῶς εἰς μανίαν ἐλάνθανε λοιπὸν ὁ
 ἔρωσ ὑποφερόμενος, ἕως δὴ τις πρεσβύτες, ὄνομα Κυ-
 βέλη, τῶν θαλαμηπόλων καὶ συνήθως τὰ ἐρωτικά τῇ
 Ἀρσάκῃ διακονουμένων, εἰσδραμοῦσα εἰς τὸν θάλα-
 μον, (ἔλαβε γὰρ αὐτὴν οὐδ' ὅτι οὖν τῶν γιγνομένων,
 ἅτε λύχνου φαίνοντος καὶ οἶον συνεξάπτοντος τῇ Ἀρ-
 σάκῃ τὸν ἔρωτα) Τί ταῦτα, ἔλεγεν, ὦ δέσποινα; τί
 σε νέον ἢ καινὸν ἀλγύνει πάθος; τίς πάλιν ὀφθεῖς,
 τὴν ἐμὴν διαταράττει τροφίμην; τίς οὕτως ἀλαζῶν καὶ
 ἐκθρων, ὡς τοῦ κατὰ σε τοσούτου κάλλους μὴ ἠττή-
 σθαι, μηδὲ εὐδαιμονίαν ἠγεῖσθαι τὴν σὴν ἐράσμιον

tidemque vehementius ingemiscens, nunc se erigens,
 nunc in strato labans, & magna ex parte veste sese nu-
 dans, & rursus repente in lectum corruens. Aliquando
 & ancilla vocata sine causa, nihil dans mandatorum,
 iterum eam ablegabat. Denique in furorem illam insciis
 omnibus in posterum egisset amor, nisi quaedam anus,
 nomine Cybele, custos cubilis, & rerum Venerearum
 Arsaces ministra, incurrisset in thalamum: (neque enim
 illa clam erat quidquam eorum, quae fiebant, tanquam
 lucente candela, & flammam Arsaces amori addente)
 Quid haec, malum, domina? inquires. Nam quis te no-
 vus aut inusitatus affectus excruciat? Cuiusnam conspe-
 ctus meam turbat alumnam? Quis est adeo insolens atque
 amens, qui tanta tua forma non capiatur, neque feli-
 citatem ducat esse singularem, tuam Veneream confue-

ὀμιλίαν, ἀλλὰ νεῦμα τὸ σὸν καὶ βουλὴν ὑπερφρονεῖς
 ἔξειπε μόνον, ὧ γλυκύτετον ἐμοὶ παιδίον οὐδεὶς οὕτως
 ἀδαμάντινος, ὡς μὴ τοῖς ἡμετέροις ἀλῶναι θελγῆτρως.
 ἔξειπε, καὶ ¹ οὐκ ἂν φθάνοις ἀνύουσα τὰ κατὰ γνώ-
 μην. ἔργοις δὲ οἶμαι πολλάκις τὴν πεῖραν εἰληφας.

1. Ἡ μὲν ταῦτα καὶ ὁμοια ἕτερα κατεπήδε, ² πελ-
 λὰ τοῖς ποσὶ τῆς Ἀρσάκης προσκνυζομένη, καὶ παν-
 τοίαις κολακείαις ἐξειπεῖν τὸ πάθος ἐπειγομένη. ἡ δὲ,
 μικρὸν ἐΦησυχάσασα, Βέβλημαι, εἶπεν, ὦ μήτηρ,
 ὡς οὐπω πρότερον· καὶ πολλὰ δὴ πρὸς σοῦ καὶ πολ-
 λάκις εὔ παθοῦσα ἐν ὁμοίαις ταῖς χρεῖαις, οὐκ οἶδα
 εἰ καὶ νῦν ἔξω κατορθοῦσαν. ὁ γὰρ τοι πόλεμος ὁ πρὸ
 τῶν τειχῶν τήμερον, ὀλίγου μὲν συγκροτηθεὶς, ³ ἀβρόον
 tudinem, sed nutum tuum & voluntatem contemnat?
 Expone mihi tantum, suavissima filiola. Nemo est adeo
 adamatinus, quin nostris capi possit blanditiis & ille-
 cebris. Expone quamprimum, & non frustraberis suc-
 cessu ex animi sententia. Re ipsa vero saepius, ut exi-
 stimo, id ipsum experta es.

X. Ista quidem haec, & alia horum similia, accinebat,
 multum pedibus Arfaces abblandiens, & variis adulationi-
 nibus ab illa confessionem affectus flagitans. Illa autem,
 cum paullulum quievisset, Accepi vulnus, inquit, mater,
 quantum antea nunquam: cumque multis beneficiis, &
 faepe, sim a te in similibus casibus affecta, haud scio,
 an nunc sis eadem felicitate rem gestura. Bellum enim,
 quod ad muros hodie propemodum commissum fuerat,

1 Οὐκ ἂν φθάνοις ἀνύουσα) Vi-
 tiose Vatic. φθάνοις, & in margi-
 ne notatum ὑστερήσης, quae glof-
 sa irrepsit in Bas. ed. pro φθάνοις
 ita exhibentem.

2 Πελλὰ τοῖς ποσὶ τῆς Ἀρσάκης
 προσκνυζομένη) Legendum videtur:
 πολλὰ τοῖς ποσὶ τῆς Ἀρσάκης προσ-

κνυζομένη. Ultimum suppeditat li-
 ber Palat. e quo eodem mox cor-
 reximus παντοίαις κολακείαις, pro
 παντοίας κολακείας, quod nihili est.

3 Ἀβρόον δὲ κατασταλεῖς) In-
 ferta haec e Palat. & Xyl. In Bas.
 absunt. Paulo ante ὀλίγον Cod.
 Taur. apud Dorv. ad Char. p. 85.

δὲ κατασταλαῖς, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀναίμακτος ἀπε-
 Φάνθη, καὶ εἰς εἰρήνην κατέστρεψεν· ἐμοὶ δὲ ἀρχὴ τις
 ἀληθεστέρου πολέμου, καὶ τραῦμα οὐ μέρους μόνον ἢ
 μέλους, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς αὐτῆς γέγονε, τὸν ξένον
 ἐκεῖνον νεανίαν, τὸν τῷ Θυάμιδι κατὰ τὴν μονομαχίαν
 παραθέοντα, οὐκ εὐτυχῶς ἐπιδείξας. οἶσα που πάν-
 τως, ἰ ᾧ μῆτερ, ὃν λέγω· οὐ γὰρ μικρῷ τῷ μέσῳ
 τοὺς ἄλλους τῷ κάλλει κατήστραπτεν, οὐδ' ὥστε
 καὶ ἄγροικόν τινα λαβεῖν καὶ τῶν καλῶν ἀνέραστον,
 μήτοι γε δὴ σε καὶ τὴν σὴν πολυπειρίαν. ὥστε, ᾧ Φιλ-
 τάτη, τὸ μὲν βέλος τοῦμόν ἔγνωκας· ἄρα δέ σοι κι-
 νεῖν πᾶσαν μηχανὴν, πᾶσαν πρεσβυτικὴν ἰῦγγα καὶ
 αἰμυλίαν, εἴπερ δὴ βούλει σοι περιεῖναι τὴν τροφίμην·
 ὡς οὐκ ἔστιν ὅπως βιώσομαι, μὴ πάντως ἐκεῖνου τυγ-
 χάνουσα. Γινώσκω, ἔφη, τὸν νεανίαν, ἢ γραῦς. εὐρύς

aliis quidem incruentum fuit, & in pacem desinit; mihi
 vero initium verioris belli, & vulnus non partis tantum
 alicuius, aut membri, sed etiam ipsius animae, exstitit,
 cum peregrinum illum adolescentem, qui iuxta Thyamim
 sub monomachiae tempus currebat, infeliciter mihi
 ostendisset. Scis omnino, mater, quem dicam. Neque
 enim parvo intervallo reliquorum formam sua, tanquam
 fulgore quodam, obruebat, adeo ut neque agrestem
 quemquam, & prorsus ab amore pulchritudinis alienum,
 id latuerit, nedum tuam multiplicem sapientiam latere
 possit. Quamobrem, carissima, cum vulnus meum co-
 gnoveris, tempus est, ut omnem admoveas machinam,
 omnem anilem fascinum, & blanditias, si quidem tuam
 alumnam superstitem esse volueris. Neque enim est ulla
 ratio, quae me possit in vita retinere, nisi omnino illo
 posita fuero. Novi, inquit anus, adolescentem. Lato fuit

ἰ ᾧ μῆτερ) Cod. Taur. ᾧ μητέ- tamen e sequenti ὃν enatam hanc
 ριον, non utique male: suspicor lectionem.

τις ἦν τὰ στέρνα καὶ τοὺς ἄμους, καὶ τὸν αὐχένα ὄρ-
 θιον καὶ ἐλεύθερον ὑπὲρ τοὺς ἄλλους αἶρων, καὶ εἰς
 κορυφὴν τοὺς ἀπαντας ὑπερέχων γλαυκιῶν τὸ βλέμ-
 μα, καὶ ἔραστον ἅμα καὶ γοργὸν προσβλέπων ὁ κα-
 ταβόστρυχός που πάντως ἐκεῖνος, τὴν παρειὰν ἄρτε
 ξανθῶ τῷ ἰούλω¹ περιστέφων, ᾧ γυναικίον τι ξενικόν,
 οὐκ ἄωρον μὲν, ἄλλως δὲ ἰταμόν, ὡς ἐδόκει, προσ-
 δραμὸν αἰφνίδιον περιέφου, καὶ περιπλακὲν ἐξήρτητο.
 ἢ οὐ τοῦτον λέγεις, ᾧ δέσποινα; Τοῦτον, ἔφη, μαμμί-
 διον· εὖ γάρ με καὶ τὸ παράσημον ὑπέμνησας, τὴν
 ἀλιτήριον ἐκεῖνην, καὶ τῶν ἀπ' οἰκήματος² ἐπὶ μακρῶ
 καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἐπιτετηθευμένῳ κάλλει, μέγα
 μὲν φανταζομένην, πλὴν ἀλλ' ἐμοῦ γε³ δὴ εὐτυχεῦ-
 σαν πλέον, ἢ τοιοῦτον κεκλήρωται τὸν ἐρώμενον. βραχὺ

pectore, & latis humeris, collo erecto & ingenuo su-
 pra ceteros eminens, & ut uno verbo tanquam fasti-
 gio rem absolvam, omnes superans; igne micantes ha-
 bens oculos, amanter & severe simul adspiciens: ille,
 qui omnino delicate capillum nutrit, & genas nunc pri-
 mum flava lanugine vestit; ad quem muliercula quae-
 dam peregrina, non deformis quidem, sed insigniter im-
 pudens, ut videbatur, subito accurrens, adhaerens illi;
 & circumfusa ex illo dependebat. An non hunc dicis,
 hera? Hunc, inquit, mater. Recte enim mihi & insigne
 in memoriam reduxisti, os illud impurum & scelera-
 tum, cui forma longo tempore domi asservata, quoti-
 diana tamen & fucata, animos attollit: attamen me lon-
 ge felicior est, quae eiusmodi nacta sit amasium. Ad haec

¹ Περιστέφων) Inepte Palatin.
 cum Xyl. περιστρέφων.

² Ἐπὶ μακρῶ) Ita omnes, ex-
 cepto Palatin. in quo ἐπὶ μικρῶ,
 quod verum putabat Commel.

³ Δὴ εὐτυχεῦσαν) Cod. Taur.
 apud Dorv. ad Char. p. 681: διευ-
 τυχοῦσαν, una voce, Μοx omnes
 vitiose ἢ τοιοῦτον.

δὴ πρὸς ταῦτα καὶ σεσηρὸς ὑπομειδιάσασα ἡ πρεσβύ-
τις, Θάρσει, ἔφη, ὦ δέσποινα. εἰς τὴν τήμερον ἐκεῖνη
καλὴ τῷ ξένῳ νενομίσται· εἰ δέ σοι καὶ τῷ σῶ κάλ-
λει προστυχεῖν αὐτὸν ἀνύσαιμι, χρυσᾷ Φασι χαλ-
κείων ἀλλάζεται, ὡς ἐταιρίδιον τὸ ἐβελάστειον ἐκεῖνο
καὶ μάτην θρυπτόμενον παραγκωνισάμενος. ¹ Εἰ γὰρ
οὔτω ποιήσεως, Κυβέλιον φίλτατον, δυοῖν δι' ἐνός μοι
γενήσῃ νόσων ἰατρός, ἔρωτος τε καὶ ζηλοτυπίας, τοῦ
μὲν ἐμπλήσασα, τῆς δὲ ἀπαλλάξασα. καὶ ἡ, Γενή-
σεται, εἶπεν, τό γε ἐπ' ἐμοί. σὺ δέ μοι σαυτὴν ἀνα-
λαμβάνειν, καὶ τὸ παρὸν ἡσυχάζειν, μηδὲ δυσθυμοῦ-
σαν προαποκάμνειν, ² ἀλλ' εὐελπιν εἶναι.

ιβ'. Ταῦτ' εἶπε, καὶ ἀφελούσα τὸν λύχνον, ἐπι-
κλεισαμένη τε τοῦ θαλάμου τὰς θύρας, ἐξώρμησεν.
οὔπω δὲ ἀκριβῶς ἡμέρας ἐψηθῆμένη, τῶν τε βασι-

leviter arridens anus, Adesto animo, & omitte sollici-
tudinem, inquit, hera: ad hodiernum diem illa est a
peregrino formosa habita: si vero effecero, ut te & tua
forma potiat, aurea, ut aiunt, cum aereis permixta, illa
meretricula petulante, & frustra sese iactante, con-
tempta. Si quidem ita facies, Cybelion carissima, duo-
rum pro uno morborum eris mihi curatrix, amoris &
zelotypiae; illo quidem implens, hac vero liberans. At
illa: Hoc meae curae cogitationique incumbet: tuum est
autem, ut te revoces, & in praesentia quiescas, neque
despondeas animum, antequam ad rem aggrediamur,
sed bona spe te sustententes.

XI. Haec dixit, & ablato lychno, atque conclusis
thalami foribus; abiit. Cum autem vixdum diem fen-

¹ Εἰ γὰρ οὔτω ποιήσεως) Εἰ γὰρ τοῦτο Cod. Taur. ποιήσεις ed. Basf. Xyl. εὐελπὶς εἶναι, quae exquisitior est ratio. Supra, laudante iam male. Commel. μάτην εὐθυμὸς εἶναι.

² Ἄλλ' εὐελπὶν εἶναι) Palat. &

λείων ευνούχων ἓνα παραλαβοῦσα, καὶ ἄλλην θερά-
 παιναν, ἅμα ποπάνοις, καὶ ἑτέροις δὴ τισι θύμασιν
 ἔπεσθαι προστάξασα, ἐπὶ τὸ Ἴσειον ἔσπευδεν. ὡς δὲ
 τοῖς προθύροις ἐπέστη, θυσίαν ἄγειν τῇ θεῷ λέγουσα
 ὑπὲρ τῆς δεσποίνης Ἀρσάκης, ἐκ τινων ὄνειράτων τε-
 ταραγμένης, καὶ ἐξιλεώσασθαι τὰ ὀφθέντα βουλο-
 μένης, τῶν νεωκόρων διεκάλυέ τις καὶ ἀπέπεμπε,
 κατηφείας τὰ περὶ τὸ ἱερόν ἐμπεπλήσθαι φάσκων·
 τὸν γὰρ δὴ προφήτην τὸν Καλάσιριν μακροῖς χρόνοις
 εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανήκοντα, ἐστιαθῆναι μὲν λαμπρῶς
 ἅμα τοῖς φιλότατοις κατὰ τὴν ἑσπέραν, καὶ πρὸς πᾶ-
 σαν ἄνεσιν καὶ ψυχαγωγίαν ἑαυτὸν ἐκδύναί μετὰ
 δὲ τὴν εὐωχίαν, σπεῖσαι τε καὶ πολλὰ ἐπεύξασθαι
 τῇ θεῷ καὶ τοῖς παισὶν εἰπόντα, ὡς ἄχρι τοῦ παρόν-
 τος ὄψονται τὸν πατέρα, καὶ πολλὰ ἐπισκήψαντα,
 τῶν σὺν αὐτῷ νέων Ἑλλήνων ἀδιγμένων, ὡς ἐνὶ μά-
 λιστα, προνοεῖν, καὶ ἐν αἷς ἂν βουλομένοις αὐτοῖς γί-

fisset, uno ex regis eunuchis assumpto, praeterea pe-
 dissequa una cum placentulis, & aliis rebus ad sacrifi-
 cium destinatis, subsequi iussa, ad templum Isis pro-
 perabat. Postquam stetit pro foribus, sacrificium se Deae
 facturam dicens pro domina Arface, quibusdam inso-
 mniis territa, & placare visa volente, quidam ex aedi-
 tuis prohibebat, & ablegabat, moestitiae plenum esse
 templum referens. Antistitem enim Calasiridem, cum
 post longum tempus domum rediisset, convivatum esse
 lautius una cum carissimis sub vesperam, & usum esse
 remississimo ad omnem hilaritatem ac delectationem ani-
 mo. Post convivium autem libasse, & multum suppli-
 casse Deae: cumque filiis dixisset, quod haecenus essent
 visuri patrem, dedissetque mandata de iuvenibus Grae-
 cis, qui cum eo venerunt, ut illis diligentissime prospici-

νεται τὰ δυνατὰ συμπράττειν· κατακλίναντά τε αὐ-
 τὸν, καὶ εἴτε διὰ τὸ τῆς χαρᾶς μέγεθος, τῶν πνευμα-
 τικῶν πόρων εἰς ὑπερβολὴν ἀνεβέντων καὶ χαλασθέν-
 των, οἷα δὴ γηραιῷ τοῦ σώματος ἀθρόον διαφορηθέν-
 τος, εἴτε καὶ θεῶν αἰτήσαντι τοῦτο παρασχομένων,
 εἰς ἀλεκτρυόνων ὠδᾶς τετελευτηκότα γνωσθῆναι, τῶν
 παιδῶν ἐξ ὧν προύλεγεν ὁ πρεσβύτης, παννύχιον πα-
 ρατηρούντων· καὶ νῦν, ἔφη, διεπεμψάμεθα τοὺς μετα-
 καλέσαντας τὸ λοιπὸν τῶν κατὰ τὴν πόλιν προφητι-
 κῶν τε καὶ ἱερατικῶν γένος, ὡς ἂν τὰ νομιζόμενα ἐπ'
 αὐτῷ τῆς κηδείας κατὰ τὸν πάτριον νόμον τελοῖεν. ἀπο-
 χωρητέον οὖν ὑμῖν. οὐ γὰρ θέμις μὴ ὅ, τι γε θύειν,
 ἀλλ' οὐδὲ ἐπιβαίνειν τοῦ νεῶ πλὴν τοῖς ἱερωμένοις, ἐπ-
 τὰ τούτων ὅλων τῶν ἐχομένων ἡμερῶν. Πῶς οὖν οἱ ξένοι
 διάξουσιν; ἔφασκεν ἡ Κυβέλη. καὶ ὅς, Καταγώγιον
 αὐτοῖς εὐτρεπισθῆναι πλεῖστον, καὶ ἔξω που περὶ τὸν

cerent, & quibus in rebus opem implorarent, pro vi-
 rili adiumento essent, cubitum se contulisse. Deinde,
 seu propter gaudii magnitudinem meatibus spirituum
 ultra modum solutis & laxatis, tanquam senio confecto
 corpore subito viribus destituto, seu Diis, a quibus hoc
 petierat, illi praebentibus, circa gallicinium cognitum
 esse mortuum, filiis propter ea, quae illis praedixerat
 pater, tota nocte in illius observationem intentis. Et
 vemur, aut non, momentum consistit. At si, ut fieri
 debet, ac honestum est, absurdum iudicas esse id, quod
 petitur, finge tu quidem te assentiri, & alens promissis
 barbarae cupiditatem, dilatione praecide, ne praecipitanter
 durius aliquid in nos statuatur, spe delinens, &
 molliens pollicitatione irae incendium. Consentaneum

¹ Πρὸς τὸ βέλτιον διατίθεσθαι) 23: illud, quod forte cecidit, arte
 Palat. πρὸς τὸ βέλτιστον. Ad sen-
 tentiam Terent. Adelph. IV, 7. ut corrigas.

λύσει θεῶν βουλήσει τὸν μεταξὺ χρόνον ἀποτεκεῖν. ἀλλ', ὦ Θεάγενες, ὅπως μὴ ἐκ τῆς μελέτης εἰς τὸ αἰσχρὸν τοῦ ἔργου κατολισθήσης. μειδιάσας οὖν ὁ Θεάγενης, Ἄλλὰ σύ γε οὐδὲ ἐν τοῖς δεινοῖς, ἔφη, τὴν γυναικῶν ἔμφυτον νόσον ζηλοτυπίαν ἐκπέφευγας. ἐμὲ δὲ ἴσθι μὴδὲ πλάσασθαι τὰ τοιαῦτα δύνασθαι. ποιεῖν γὰρ τὰ αἰσχρὰ καὶ λέγειν, ὁμοίως ἀπρεπές. καὶ ἄλλως τὸ ἀπογνῶναι τὴν Ἀρσάκην, αὐτόθεν φέρεται χαριέν, τὸ μηκέτι διοχλεῖν ἡμῖν. εἰ δὲ πάσχειν τι δέοι, φέρεται τὰ προσπίπτοντα ἤδη με πολλάκις ἢτε τύχη καὶ ἡ γνώμη παρεσκευάσει. μὴ λάβης εἰς μέγα κακὸν ἡμᾶς ἐμβάλλον εἰπούσα ἡ Χαρίκλεια, ἐσιώπησε.

κβ'. Καὶ τούτων ἐν ταύτῃ τῇ σκέψει διαγόντων, ἡ Κυβέλη πάλιν ἀναπτερώσασα τὴν Ἀρσάκην, καὶ ὡς τὰ δεξιώτερα χρῆ προσδοκᾶν εἰπούσα, ἐνδεδεῖχθαι γάρ

est enim, aliquid remedium, Deo volente, interiectum tempus pariturum esse. Ceterum, Theagenes, vide, ut ne ex meditatione in turpitudinem rei delabaris. Arridens leniter Theagenes, Sed tu neque in adversis rebus, inquit, mulieribus innatum morbum zelotypiae effugisti. Me vero scito neque fingere talia posse. Facere enim turpia, ac dicere, aequè indecorum est. Et alioqui ut omnino desperet Arface, hoc ipsum aliquid commodi affert, videlicet ne pergat nobis amplius molesta esse. Si vero pati aliquid oportuerit, ad ferenda ea, quae accidunt, saepius iam me & fortuna, & animi constitutio praeparavit. Ne te lateat, quod in magnum malum nos coniciet, cum dixisset Chariclea, conticuit.

XXII. His autem in harum rerum consideratione verfantibus, Cybele, cum rursus Arfacem in bonam spem sustulisset, & quod meliora exspectare oporteret, dixit

τι τὸν Θεαγένην τοιοῦτον, ἐπανῆλθεν εἰς τὸ αὐτῆς δωμάτιον. καὶ κείνην διαλιποῦσα τὴν ἐσπέραν, καὶ πολλὰ διὰ τῆς νυκτὸς ὁμόκοιτον οὔσαν ἐξαρχῆς τὴν Χαρίκλειαν παρακαλέσασα συμπράττειν, εἰς ἕω πάλιν ἠρώτα τὸν Θεαγένην, τίνα εἶη τὰ δεδογμένα. ἀπειπόντος δὴ λαμπρῶς, καὶ παντοίως τὸ προσδοκᾶν ¹ ἀποφῆσαντος, σύννουσ ἐπὶ τὴν Ἀρσάκην ἀπέδραμεν ἡ Κυβέλη. καὶ ὡς τὸ ἀπηνέσ τὸ παρὰ Θεαγένους ἐξήγγειλε, τὴν γραῦν ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωστῆναι προστάξασα, εἰσδραμοῦσά τε εἰς τὸν θάλαμον, ἔκειτο ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἑαυτὴν σπαράττουσα. καὶ ἄρτι τῆς γυναικωνίτιδος ἐκτὸς γεγονοῦσαν τὴν Κυβέλην ἰδὼν ὁ υἱὸς Ἀχαιμένης κατηφῆ τε καὶ δεδακρυμένην, Μή τι ἄτοπον, μή τι πονηρὸν, ὦ μήτηρ, προσπέπτωκεν, ἠρώτα, μή τις ἀγγελία τὴν δέσποιναν ἠνίακε; μή τι δυστύχημα ἀπὸ στρατοπέδου προσήγγεται; μή τι καταπονοῦσι κατὰ

fet, significasse enim tale quiddam Theagenem, rediit rursus in conclave, & intermissa illa vespera, ac multis modis Charicleam, quam sociam lecti initio habuerat, adhortata, ut illi esset auxilio, mane rursus interrogabat Theagenem, quid statuisset apud animum. Cum autem manifeste recusaret, ac, omnino ne quidquam eiusmodi exspectaret, indicasset, tristis ad Arfacen recurrit Cybele. Postquam autem ferociam Theagenis renuntiavit, Arface, anu in caput praecipitari iussa, incurrens in thalamum, iacebat in lecto se ipsam lacerans. Vixdum autem conclave muliebri egressam Cybelen conspicatus filius Achaemenes tristem & lacrimantem: Num quid importuni aut molesti, mater, accidit? percontabatur. Num quod nuntium dominam excruciat? Num aliqua calamitas ex castris renuntiata est? Num hostes sunt su-

1 Ἀποφῆσαντος) Ita Vatic. Reliqui ἀποφῆναντος.

τὸν ἐνεστῶτα πύλεμον ¹ Αἰθίοπες δεσπότην Ὀροονδάτην; καὶ πολλὰ τριαῦτα εἰπὼν ἠρώτα. ἡ δὲ, Ἀδολεσχεῖς, εἰπούσα, ἀπέτρεχεν. ὁ δὲ, οὐδέν τι μᾶλλον αἰνείει, ἀλλὰ παρακολουθῶν, καὶ τῶν χειρῶν λαβόμενος, καὶ κατασπαζόμενος ἐξαγορεύειν πρὸς παῖδα τὸν ἴδιον τὰ λυπῶντα ἰκέτευσεν.

κγ'. Λαβούσα δὴ αὐτὸν, καὶ εἰς τι μέρος τοῦ παραδείσου χωρισθεῖσα, Ἄλλω μὲν οὐκ ἂν, ἔφη, ² ἐξεῖπον τὰ ἐμαυτῆς τε καὶ δεσποίνης κακά. ἐπεὶ δὲ ἐκείνη τε ἐν τῷ παντὶ σαλεύει, καὶ γὰρ τὸν περὶ τοῦ ζῆν προσδοκῶ κίνδυνον, (οἶδα γὰρ ὡς ἡ Ἀρσάκης ἀνία καὶ μανία εἰς ἐμὲ ἀποσκήψει) λέγειν ἀναγκάζομαι, μὴ δὴ τινα καὶ ἐπιουρίαν τῇ γεννησάσῃ, καὶ ³ εἰς Φῶς παραγαγούσῃ, καὶ τούτοισιν ἐκθρεψαμένη σε τοῖς μαζοῖς ἐπινοήσεως. ἐρῶ τῷ νέου τοῦ παρ' ἡμῶν ἡ δέσποι-

periores in hoc bello Aethiopum domino Oroondate? & multa eiusmodi quaerebat. Illa vero, Nugaris otiose, cum dixisset, recurrit. At ille nihilo magis intermittebat, sed affectans, & manibus apprehendens, & compellans, ut exponeret suo filio ea, quae illam dolore afficerent, supplicabat.

XXIII. Accepto igitur illo a manu, in quandam partem horti secedens, Alii quidem, inquit, non exposuifsem mea & dominae mala. Postquam vero illa omnino fluctuat, & ego exspecto periculum de vita, (scio enim, quod Arfaces amentia ac furor in me sit redundaturus) dicere cogor, si forte aliquam opem ei, quae te genuit, & in lucem edidit, & his enutrivit uberibus, excogitare possis. Amat adolescentem, qui est apud nos,

¹ Αἰθίοπες) Baf. Αἰθίοπων. ³ Εἰς Φῶς παραγαγούσῃ) Baf. male.

² Ἐξεῖπον τὰ ἐμαυτῆς) Palat. ση, & Xyl. παραγαγούσῃ. At Palat. παραγαγούσῃ.

ἐξεῖπω τὰ ἐμαυτῆς.

ναὶ καὶ ἔρῳ οὐ Φορητὸν τινα οὐδὲ νενομισμένον, ἀλλ' ἀνίατον ἔρωτα, καὶ ὃν εἰς δεῦρο κατορθώσῃν ἐγὼ τε καὶ κείνη μάτην ἠπατώμεθα. καὶ αὗται ἦσαν αἱ πολλαὶ Φιλοφροσύναι καὶ ποικίλαι δεξιώσεις αἱ περὶ τοὺς ξένους. ἐπεὶ δὲ εὐήθης τις καὶ φρασὺς καὶ ἀπηγής ἂν ὁ νεανίας ἀπέειπε τὰ πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ ἐκείνην οἶδα βιωσομένην, καὶ ἑμαυτὴν ἀναιρησομένην, ὡς χλευάσασαν ταῖς ἐπαγγελίαις καὶ διαψευσασμένην. ταῦτα ἔστιν, ὦ παῖ. καὶ εἰ μὲν ἔχεις τι βοηθεῖν, σύμπραττε· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσασαν τὴν μητέρα κήδευε. καὶ ὅς, Μισθὸς δὲ μοι τίς ἔσται, ἔφη, ὦ μήτηρ. οὐ γὰρ μοι καιρὸς θρύπτεσθαι πρὸς σε, οὐδὲ ἐκ περιόδων, οὐδὲ κυκλοῦμενον τοῖς λόγοις τὴν βοήθειαν ἐπαγγέλλεσθαι, πρὸς οὕτως ἀγωνιῶσαν καὶ ἐγγὺς λειποψυχοῦσαν. Πᾶν ὅ, τι βούλει, ἔφη, προσδόκα, ἡ Κυβέλη. ἀρχι-

domina, non tolerando quodam, neque usitato, sed insanabili amore, & quem ego & illa nobis ex sententia eventurum esse sperantes, ludebamus operam. Hinc erant illa multa humanitatis officia, & multiplex benevolentia erga hospites. Ceterum postquam, ut stultus quidam, & ferox, & intractabilis adolescens, recusavit ea, quae nos volebamus, neque illam existimo esse victuram, & me interfectam iri intelligo. Hic est status praesentis temporis. Quod si quid habes, quo auxilieris, adsis mihi tua ope: sin minus, mortuae matri iusta exsequiarum facito. Ille autem: Praemium autem quod mihi, inquit, erit, mater? Neque enim est tempus, ut apud te me iactem, aut longis ambagibus & circuitu orationis auxilium promittam, usque adeo consternatae, & propemodum deficienti animo. Omne, quod vis, expecta, inquit Cybele. Etenim te nunc quoque sum-

1 Ὡς χλευάσασαν -- διαψευσασμένη Codice Palatino. Reliqui cum Bas.
 2) Suppleta haec a Commelino e

οινοχόον μὲν γάρ σε καὶ νῦν εἰς ἐμὴν τιμὴν πεποιήται. εἰ δέ τι μείζον ἀξίωμα περινοεῖς, ἀπάγγελλε. πλούτου γὰρ οὐδὲ ἀριθμὸς ἔσται ὅσον ἂν κομίταιο, σωτῆρ τῆς ἀθλίας γενόμενος. Πάλαι ταῦτα, ἔφη, δι' ὑποψίας ἔχων, ὦ μήτηρ, ἐγὼ καὶ συνεῖς, ἐσιώπων τὸ μέλλον ἀπεκδεχόμενος. ἀλλ' οὐδὲ ἀξιώματος οὐδὲ πλούτου μεταποιεῖμαι. τὴν δὲ κόρη, τὴν ἀδελφὴν λεγομένην τοῦ Θεαγένους, εἰ μοι πρὸς γάμον ἐκδοίη, πάντα αὐτῇ τὰ κατὰ γνώμην πεπραξέται. ἐγὼ δὲ, ὦ μήτηρ, τῆς κόρης οὐχὶ μετρίως. ὥστε ἐκ τῶν ἰδίων γινώσκουσα τὸ πάθος ἢ δέσπονα, καὶ ὅσον τι καὶ οἶόν ἐστι, δικαίως ἂν καὶ αὐτὴ συμπράττοι τῶ ταῦτα νοσοῦντι, καὶ ἄλλως τοσοῦτον κατόρθωμα ἐπαγγελλομένῳ. Μηδὲν ἀμφίβαλλε, εἶπεν ἡ Κυβέλη. ἤτε γὰρ δέσποινα δώσει τὴν χάριν ἀνευδοιάπτως εὐεργέτη σοὶ καὶ σωτῆρι γεγενημένῳ· καὶ ἄλλως τάχα ἂν καὶ καθ'

num pocillatorem, honoris mei causa constituit. Si vero maiorem aliquam dignitatem animo complexus es, enuntia. Opum enim neque numerus erit, quas pro praemio feres, si servator miserae exstiteris. Iampridem haec, inquit, mater, ego suspicans, & intelligens, tacebam, id quod eventurum esset exspectans. Verum neque dignitatem ullam, neque opes curo: virginem vero, quae soror Theagenis dicitur, si mihi dederit in uxorem, omnia illi ex animi sententia & belle cadent. Amo autem virginem haud moderate, mater. Quamobrem ex suis rationibus privatis cum cognoverit domina affectum, quantus & qualis sit, iuste & ipsa erit adiumento ei, qui eodem morbo laborat, atque adeo tantum successum promittenti. Nihil dubites, inquit Cybele. Etenim domina reddet tibi gratiam, nulla mora interposita, cum hoc beneficio illam affeceris, & servator illius exstiteris.

ἐαυτοὺς πείσαιμεν τὴν κόρη. ἀλλὰ τίς ὁ τρόπος, εἰπέ, τῆς βοηθείας; Οὐκ ἂν εἴποιμι, ἔφη, πρὶν ὄρκους ἐμπεδωθῆναι μοι τὴν ἐπαγγελίαν παρὰ τῆς δεσποίνης. σὺ δὲ μηδὲ ἀποπειραθῆς τὴν ἀρχὴν τῆς κόρης. ὄρω γὰρ πῶς καὶ κείνην ἄνω τε καὶ μέγα φρονῶσαν· μὴ καὶ λάβῃς τὸ πρᾶγμα διαστρέφουσα. Πάντα γένησεται, εἰπούσα, εἰσέδραμεν εἰς τὸν θάλαμον ὡς τὴν Ἀρσάκην, καὶ προσπεσοῦσα τοῖς γόνασιν, Εὐθύμος ἔσο, ἔφη. πάντα σοι θεῶν βουλήσει κατορθοῦται. τὸν παῖδα μόνον τὸν ἐμὸν Ἀχαιμένην εἰσκληθῆναι πρόσταξον. Εἰσκεκλησθῶ, εἶπεν ἡ Ἀρσάκη, εἰ μὴ τι με πάλιν ἀπατᾶν μέλλοις.

κδ'. Εἰσῆλθεν ὁ Ἀχαιμένης· καὶ πάντα διελθούσης τῆς πρεσβύτιδος, ἐπώμοσεν ἡ Ἀρσάκη πράξειν τὸν γάμον τῆς ἀδελφῆς Θεαγένους. ὁ δὲ Ἀχαιμένης, Δέσποινα, ἔφη, πεπαύσθω λοιπὸν Θεαγένης, δοῦλος ὢν

Quin etiam fortassis nos ipsi virgini privatim persuaserimus. Sed expone, quae sit auxilii ratio. Non dicam, inquit, priusquam iureiurando fuerit mihi confirmata promissio a domina. Tu vero nihil coneris efficere principio apud virginem. Video enim quodammodo, illam quoque magnos & excelfos animos gerere, ne forte imprudens negotium pervertas. Omnia futura cum dixisset, incurrit in thalamum ad Arfacem, & provoluta ad illius genua, Bono animo esto, inquit: omnia Deo volente commode cadunt; filium tantum meum Achaemenem vocari intro iube. Accersatur, inquit Arface, nisi mihi rursus verba data es.

XXIV. Ingressus est Achaemenes, & cum omnia narasset anus, iuravit conceptis verbis Arface, se illum compotem facturam esse nuptiarum fororis Theagenis. Achaemenes tum, Quiescat, inquit, deinceps Theagenes,

καὶ θρυπτόμενος κατὰ δεσποίνης ἰδίας. ¹ καὶ, Πῶς τοῦτο λέγεις; ἐρωτάσης, ἅπαντα ἐξηγόρευεν ὡς πολέμου νόμῳ ληφθεὶς καὶ γένοιτο αἰχμάλωτος ὁ Θεαγένης ὡς Μιτράνης ἐκπέμφειεν αὐτὸν πρὸς Ὀροονδάτην, ἀναπεμφθεῖσόμενον βασιλεῖ τῶ μεγάλῳ ὡς αὐτὸς ἵνα ἄγοι παραλαβὼν, ἀπολέσειεν, ἔφοδον Βητσαίων καὶ Θυάμιδος κατατολησάντων ὡς μόλις αὐτὸς διαδράσειε καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γράμμα τὸ Μιτράνου πρὸς Ὀροονδάτην προευτρεπισμένος ἐπεδείκνυε τῇ Ἀρσάκῃ, καὶ εἰ προσδέοιτο καὶ ἐτέρων ἀποδείξεων, ἔξεν μαρτυροῦντα καὶ τὸν Θυάμιν. αἰέπειν πρὸς ταῦτα ἡ Ἀρσάκη. καὶ οὐδὲ ὅσον μελλήσασα, πρόεισί τε τοῦ θαλάμου, καὶ εἰς τὸν οἶκον οὗ προκαθημένη χρηματίζειν εἰώθει παρελθούσα, ἄγεσθαι τὸν Θεαγένην ἐκέλευσεν. ἐπειδὴ ἤχθη, ἐπηρώτα, εἰ γνωρίζει τὸν Ἀχαιμένην, ἐστῶτα πλησίον ἐπιδεικνύσα. τοῦ δὲ Σήσαντος Ὀυκοῦν

cum sit servus, & tamen erga suam dominam petulantius sese gerat. Quomodo hoc dicis? cum interrogasset, omnia enarrabat: Quod lege belli fuisset captus, & captivus abductus Theagenes: quod Mitranes misisset eum ad Oroondatem, mittendum deinceps regi magno: quod ipse, inter ducendum, illum amisisset infesto adventu Bessaensium & Thyamis: quod ipse vix effugisset: denique praeter omnia, literas Mitranis in promptu habens, ostendebat Arsacae; & si opus esset aliis argumentis, habiturum se vel Thyamim testem. Respiravit ad haec Arsace, & nihil cunctata, thalamo egressa est, & in domum, in qua pro tribunali sedens vacare solebat explicandis constituendisque rebus, veniens, adduci Theagenem iussit. Ut est adductus, quaerebat, an nosset Achamenem, proxime illum adstantem. Hoc ve-

¹ Καὶ πᾶς τοῦτο λέγεις; ἐρωτάσης) Minus bene Bas. καὶ πᾶς οὕτω λέγεις, ἐρωτάσης.

ὅτι καὶ αἰχμάλωτον ἦγέ σε παραλαβών; αὐθις ἠρώ-
 τα. συμφήσαντος καὶ τοῦτο τοῦ Θεαγένους· Δούλος
 τοίνυν ἠμέτερος ἂν ἴσθι. καὶ σὺ μὲν πράξεις τὰ οἰκε-
 τῶν, τοῖς ἡμετέροις νεύμασι καὶ ἄκων ἐπόμενος. ἀδελ-
 Φὴν δὲ τὴν σὴν Ἀχαιμένει τᾶδε πρὸς γάμον κατεγ-
 γυῶ, τὰ πρῶτα φερομένῳ παρ' ἡμῖν, τῆς τε μητρὸς
 ἕνεκεν, καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περὶ ἡμᾶς εὐνοίας· ὑπερ-
 φεμένην τοσοῦτον, ὅσον ἡμέραν προορίσαι, καὶ τὰ πρὸς
 τὴν εὐωχίαν λαμπρότερον εὐτρεπισθῆναι. ὁ δὲ Θεαγέ-
 νης ἐβέβλητο μὲν ὡς ὑπὸ τρώσεως τῶν λόγων. ἔγνω
 δ' οὖν μὴ ὁμόσε χαρεῖν, ἀλλὰ καβάπερ θηρίου τὴν
 ὀρμὴν ἐκκλιῖναι. καὶ, Ὡ δέσποινα, ἔλεγε, θεοῖς χάρις,
 ὅτι εὐγενείας τὰ πρῶτα ὄντες, ταῦτα γοῦν ὡς ἐν δυσ-
 τυχήμασιν εὐπραγοῦμεν, τὸ μὴ ἄλλοις, σοὶ δὲ δου-
 λεύειν, ἢ καὶ ἀλλοτρίους εἶναι δοκοῦντας καὶ ξένους,

ro affirmante: An vero, quod & captivum te duxit?
 rursus interrogabat. Confitente vero & hoc Theagene:
 Servus igitur noster esto, & tu quidem facies, quae
 supplices solent; nutibus nostris vel invitus obtempe-
 rans. Sororem vero tuam Achaemeni huic in uxorem
 despondeo, qui primas apud nos obtinet, cum matris
 causa, tum alioqui propter ipsius erga nos benevolen-
 tiam atque merita; eatenus differens, quatenus ad diem
 praefiniendum, & reliqua ad convivium splendidius ap-
 parandum instruenda pertinet. Theagenes autem ictus
 est quidem, tanquam vulnere, illis verbis: statuit tamen
 non contraire, sed tanquam bestiae impetum declina-
 re. Et, O domina, dicebat, Diis sit gratia, quod, cum
 alioqui simus bono genere nati, in ceteris calamitatibus
 haec nobis bene cadunt, quod non aliis, sed tibi, ser-
 vimus, quae erga eos, qui videntur esse alieni & pere-

1 Ἠμέτερος ἂν ἴσθι) Val. ἡμέτερος ἴσθι, omisso ἂν, male.

οὕτως ἡμέρας τε καὶ Φιλοφρόνας εἰώρας. ἀδελφῆς δὲ τῆς ἐμῆς ἔνεκεν, αἰχμαλώτου μὲν οὐκ οὔσης, οὐδὲ διὰ τοῦτο δούλης, αἰρουμένης δὲ θεραπεύειν καὶ κεκλήσθαι τὸ σοὶ καθ' ἡδονὴν βουλευσαμένης, πράττε τοῦθ' ὅπερ ἂν ἔχειν ὀρθῶς δοκιμαζῆς. ἡ δὲ Ἀρσάκη, Κατατετάχθω, ἔσθῃ, ἐν τοῖς τραπεζοκόμοις, καὶ οἰνοχοεῖν πρὸς Ἀχαιμένους ἐκδιδασκέσθω, πρὸς τὴν βασιλικὴν διακονίαν πόρρωθεν προεβιζόμενος.

κέ. Ἐξήσαν οὖν, σύννους μὲν ὁ Θεαγένης, καὶ τῶν πρακτέων εἰς ἐπίσκεψιν τὸ βλέμμα ἐπιστρέφων ἐγγελωῶν δὲ ὁ Ἀχαιμένης, καὶ τοῦ Θεαγένους καταμωκώμενος, Ὁ σοβαρὸς ἡμῖν ἀρτίως, λέγων, καὶ ὑπερήφανος, ὁ τὸν ¹ αὐχένα ἀκαμπτος καὶ μόνος ἐλεύθερος, ὁ τὴν κεφαλὴν νεύειν εἰς τὸ προσκυνεῖν οὐκ ἀνεχόμενος, κῦν που τάχα κλινεῖς, ἢ καὶ κονδύλοις ὑφέξῃ ταύτην

grini, tantam humanitatem & benevolentiam declarasti. Ceterum de sorore mea, quae cum captiva non sit, proinde neque serva, parata sit tamen ad obsequia tibi praestanda, & ea, quae tibi placent, facere decreverit, statue id, quod rectum esse iudicas. Arface autem, Collocetur, inquit, in ordine eorum, qui sunt ab obsequiis ad mensam, & pocillandi artem ab Achaemene edoceatur, ut ad regium ministerium multo ante assuefiat.

XXV. Exiverunt igitur, tristis quidem Theagenes, & vultu ad deliberationem de iis, quae agenda essent, composito; ridens vero Achaemenes, & Theagenem ludibriis excipiens: Ecce, inquit, qui nuper fuisti insolens & fastuosus, qui erecto collo & solus liber videbaris, & caput submittere ad adorandum indignum iudicabas, qualis iam nunc factus inclinas illud: nisi forte paullo post etiam pugnis illud sis, dum institueris,

¹ Αὐχένα ἀκαμπτος) Ἀκαμπτον male Cod. Taur. apud Dorv. ad Char. p. 59.

παιδαγωγούμενος. ἡ δὲ Ἀρσάκη τοὺς ἄλλους ἀποτέμψασα, πρὸς μόνην τὴν Κυβέλην, Νῦν μὲν δὴ, ἔφη, ὦ Κυβέλη, πᾶσα περιήρηται πρόφασις, καὶ λέγε ἑλθούσα πρὸς τὸν ὑπερήφανον, ὡς πειθόμενος μὲν ἡμῖν καὶ τὰ κατὰ νοῦν τὸν ἡμέτερον πράττων, ἐλευθερίας τε μεθέξει, καὶ ἀφθόως ἐν εὐπορίᾳ βιώσεται· τοῖς δὲ ἐναντίοις ἐπιμένων, ἐρωμένης τε ὑπερφρονουμένης, καὶ δεσποίνης ἅμα ἀγανακτούσης αἰτθῆσεται, δουλείαν μὲν τὴν ἐσχάτην καὶ ἀτιμοτάτην ὑπηρετησόμενος, κολάσεως δὲ πᾶν εἶδος ὑποστησόμενος. ἤλθεν ἡ Κυβέλη καὶ ἀπήγγειλε τὰ παρὰ τῆς Ἀρσάκης· πολλὰ καὶ παρ' ἑαυτῆς εἰς προτροπὴν τῶν θαινομένων¹ λυσιτελεῖν προστιθεῖσα. ὁ δὲ Θεαγένης, ὀλίγον ἐπιμῆναι παρακαλέσας, μόνος τε πρὸς τὴν Χαρίκλειαν ἰδιάσας, Οἴχεται τὰ κατ' ἡμᾶς, ἔφη, Χαρίκλεια. πᾶν (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου) πείσμα διέρρηκται· πᾶσα.² ἐλπί-

submissurus. Arface autem, aliis ablegatis, ad solam Cybelem, Nunc, inquit, Cybele, omnis est sublata excusatio, & dic huic superbo, conveniens illum, quod, si nobis paruerit, & arbitrato nostro fecerit, libertatem consequetur, & splendide in omnium rerum copia vivet: sin autem in contraria sententia permanferit, & amasiam contemptui habitam, & dominam iratam sentiet, extremam servitutem & abiectissimam laturus, & suppliciorum omne genus passurus. Venit Cybele, renuntiavitque mandata Arfaces: multa quoque ipsa, quae videbantur conducere exhortationi, ad ea, quae proponebantur, addens. Theagenes igitur cum, ut paullulum operiretur, petiisset, solus ad Charicleam seorsim, Actum est de nostris rebus, inquit, Chariclea. Sane omnis rudens, ut dicitur, est ruptus, omnis spei ancora prorsus

¹ Λυσιτελεῖν) Equidem praeter-
lerim Bas. lectionem λυσιτελεῖν.

² Ἐλπίδος ἀγκυρα) Palat. & Xyl.
πᾶσα ἐλπίδος ἀγκυρα, καὶ παντοίων.

δος ἄγκυρα παντοίως ἀνέσπασται· καὶ οὐδὲ μετ' ὀνόματος γοῦν ἐλευθέρου δυστυχοῦμεν, ἀλλὰ δούλοι γεγόναμεν αὐθις, (καὶ ὅπως προσετίθει) καὶ βαρβαρικαῖς λοιπὸν ἐκκείμεθα αἰκίαις, ἢ πράττοντες τὰ δακῶντα τοῖς δεσποτεύουσιν, ἢ τοῖς κατακρίτοις ἐναριθμούμενοι. καὶ ταῦτα μὲν, ἔφη, Φορητά. τὸ δὲ πάντων βαρύτερον, Ἀχαιμένει τῷ Κυβέλης υἱεῖ πρὸς γάμον ἐκδώσειν ἢ Ἀρσάκῃ σὲ κατεπηγγείλατο. καὶ τοῦτο μὲν ὅτι μὴ ἔσται, ἢ γινόμενον οὐκ ὄψομαι, δῆλον, ἕως ἂν ὁ βίος Ξιφῶν τε καὶ ἀμυντηρίων εὐπορῇ. τί δὲ χρὴ πράττειν, ἢ τίνα μηχανὴν ἐπινοεῖν, ὥστε διακρούσασθαι τὴν τε ἐμὴν πρὸς Ἀρσάκην, καὶ τὴν σὴν πρὸς Ἀχαιμένην ἀπευκτὴν σύνοδον; Μίαν, ἔφη πρὸς αὐτὸν ἢ Χαρίκλεια, κατανεύσας, τὴν ἐτέραν τὴν κατ' ἐμὲ διακωλύσεις. Εὐφῆμησον, ἔφη. μὴ γὰρ οὕτως ἡ δαίμονος τοῦ ἡμετέρου βαρύτης ἰσχύσειεν, ὥστε με τὸν Χα-

est evulsa, neque amplius cum nomine libero in calamitatibus versamur, sed in servitutem rursus recidimus, (& , qua ratione, addebat) barbaricisque contumeliis & cruciatibus deinceps expositi sumus, vel agentes ea, quae placent his, in quorum potestate sumus, vel inter damnatos connumerati. Et haec quidem tolerabilia essent: ceterum, quod omnium gravissimum est, Achaemeni Cybeles filio te in uxorem daturam Arface promisit. At id quidem, quod aut non fiet, aut a me non videbitur, manifestum est, quod vita gladiis & armis ad propugnandum suppeditabit. Verum quid agere oportet? aut quam excogitare machinam, qua & meus cum Arface, & tuus cum Achaemene, detestandus congressus discuti possit? Unum, inquit ad eum Chariclea, cum comprobaris, alterum, qui ad me pertinet, impedies. Bona verba, inquit. Absit enim, ut tantopere numinis erga nos

ρικλείας ἀπέiraτον, ἰ ἄλλης ὀμιλία παρανόμως μian-
θῆναι. ἀλλά τι δραστήριον ἐπινενοηκέναι μοι δοκῶ (εὐ-
ρετις ἄρα ἐστὶ λογισμῶν ἢ ἀνάγκη.) καὶ ἅμα πρὸς
τὴν Κυβέλην μεταστὰς, Ἀπάγγελλε, εἶπε, τῇ δεσ-
ποίνῃ βούλεσθαι με μόνῃ καὶ ἰδία τῶν ἄλλων ἐν-
τυχεῖν.

κστ'. Τοῦτ' ἐκεῖνο νομίτασα εἶναι ἢ πρεσβύτις, καὶ
ὑποπεπτωκέναι τὸν Θεαγένην, ἀπήγγειλέ τε πρὸς τὴν
Ἄρσάκην. καὶ μετὰ δεῖπνον ἄγειν τὸν νεανίαν ἀκού-
σασα, οὕτως ἔπραττε. καὶ ἡσυχίαν παρασχεῖν τῇ δεσ-
ποίνῃ τοὺς παρεδρεύοντας κελεύσασα, καὶ μὴ παρ-
ενοχλεῖν τοῖς περὶ τὸν θάλαμον, παρεῖσηγε τὸν Θεα-
γένην, τῶν μὲν ἄλλων οἷα δὴ νυκτὸς ὑπὸ σκότους κατ-
εχομένων, καὶ λαθεῖν παρεχόντων, μόνον δὲ τὸν θά-
λαμον λύχνου καταυγάζοντος. καὶ εἰσάγουσα, ὑπέ-
στελλεν ἑαυτήν. ἀλλ' ὁ Θεαγένης ἐπεῖχε· Παρέστω

acerbitas invalefcac, ut ego Charicleae expers, alia con-
suetudine incesta me polluam. Sed quiddam praesentis
consilii invenisse me puto: (inventrixque omnino confi-
liorum est necessitas.) Simul ad Cybelen secedens, Re-
nuntia dominae, dicebat, me velle solum cum sola &
absque arbitris congregari.

XXVI. Illud esse putans anus, & succubuisse Thea-
genem, recurrit ad Arfacem: & cum iussa effecit, ut post
coenam adduceret iuvenem, ita faciebat. Nam affiden-
tibus imperans, ut quietem dominae concederent, &
non tumultuarentur circa thalamum, clam introduxit
Theagenem, cum reliqua omnia tanquam nocturno tē-
pore tenebris continerentur, & occulta esse quaevis
paterentur, solum autem thalamum lychnus illustraret.
Cum autem introduxisset, subducebat sese. Verum Thea-

ε Ἄλλης ὀμιλία) Ἄλλης ἐμιλίας, Bas. male.

καὶ ἡ Κυβέλη τὸ παρὸν, ὧ δέσποινα, εἰπών. οἶδα ὡς τὸ πιστὸν ἔχει Φυλακῆς τῶν ἀπορρήτων. καὶ ἅμα τῶν χειρῶν τῆς Ἀρσάκης λαβόμενος, ὦ δέσποινα, ἔλεγεν, οὔτε πρότερον ἀπαυθαδιζόμενος πρὸς τὸ βούλημα τὸ σὸν ὑπερεθέμην τὸ κελευόμενον, ἀλλ' ὅπως ἂν ἀσφαλῶς γένοιτο πρυτανευόμενος. νῦν δὲ, ἐπειδὴ με καὶ δούλον τάχα καλῶς ποιούσα ἡ τύχη σὸν ἀπέφηνε, πολὺ πλέον εἰς πάντα ἔτοιμος εἴκειν. ἐν μοι μόνον παρασχέσθαι νεῦσον, καίτοι πολλὰ καὶ μεγάλα ὑποσχόμενῃ ἄπειπε τὸν γάμον Ἀχαιμένει τὸν Χαρικλείας. τῶν γὰρ ἄλλων σιωπωμένων, τὴν εὐγενεῖα τῇ μεγίστη κομῶσαν, οἰκότριβι συνοικεῖν, ἀθέμιτον. ἢ ἐπόμνυμί σοι θεῶν τὸν κάλλιστον ἥλιον καὶ θεοὺς τοὺς ἄλλους, ὡς οὔτε ὑπεῖξω τῷ σῶ βουλήματι. καὶ εἰ γένοιτό τι πρὸς βίαν εἰς τὴν Χαρικλείαν, ἐπόψει με πρό-

genes eam cohibuit: Adfit & Cybele in praesentia, domina, dicens. Scio enim, quod singulari fide in asserendis arcanis praedita est: & simul manus Arfaces apprehendens, O domina, dicebar, neque prius eo, ut resisterem voluntati tuae, differebam id, quod mihi imperebatur, sed ut securitatem facto providerem. Nunc vero postquam me etiam servum tuum singulari quodam beneficio fortuna declaravit, longe promptior sum ad obsequendum tibi omnibus in rebus. Unum mihi tantum te largituram annue, cum quidem multa & magna promiseris: renuntia nuptias Charicleae Achaemeni. Nam ut alia taceam, eam, quae splendore maximo generis excellit, vernae cohabitare fas non est. Alioqui iuro tibi per Deorum pulcherrimum, Solem, & reliquos Deos, quod neque morem geram tuae voluntati, & quod prius, quam aliqua Charicleae vis allata fuerit, visura sis me

τερον ἑμαυτὸν ¹ διαχρησάμενον. καὶ ἡ Ἀρσάκη, Μὴ ἀπίσται, ἔφη, βούλεσθαι με πάντα σοὶ χαρίζεσθαι ἥτις καὶ ἑμαυτὴν ἑτοιμος ἐκδιδόναι. ἀλλὰ προληθθεῖσα ἐπάμωσα ἐκδώσειν Ἀχαιμένει τὴν σὴν ἀδελφὴν. ² Εὖ, ἔφη, ᾧ δέσποινα. τὴν ἀδελφὴν τοίνυν ἥτις ἐστίν, ἐκδίδου. μνηστὴν δὲ τὴν ἐμὴν καὶ νύμφον, καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ γαμετὴν, οὔτε θελήσεις ³ [ἐκδοῦναι] εὖ οἶδα, οὔτε θέλουσα ἐκδώσεις. Πῶς, ἔφη, λέγεις; ὁ δὲ, Τὰ ὄντα, ἀπεκρίνατο. οὐ γὰρ ἀδελφὴν ἔχω τὴν Χαρίκλειαν, ἀλλὰ νύμφον ὥσπερ ἔλεγον· ὡς λελυῖσθαι μὲν σοὶ τὸν ὄρκον. ἐξεῖναι δὲ, εἰ βούλοιο, καὶ ἄλλην ἔχειν ἀποδειξιν, τοὺς γάμους ὅταν κρίνης ἐμοῦ τε καὶ κείνης εὐωχοῦσα. ὑπεκνίσθη μὲν, νύμφον οὐκ ἀδελφὴν εἶναι τὴν Χαρίκλειαν οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας ἀκούσασα· πλὴν

mihī ipsi mortem conscivisse. Arface autem, Haud aliter existimes, inquit, quam me velle tibi omnibus in rebus gratificari, ut quae parata sim vel me ipsam tibi tradere. Sed anticipata iuravi, me elocaturam Achaemeni sororem tuam. Bene se res habet; inquit, domina. Sororem igitur meam, quaecunque est, elocato: ceterum eam, quam ego ambio, & sponsam meam, denique quid aliud, quam uxorem, quod neque voles elocare, fati scio; neque, si velis elocare, poteris. Quomodo, inquit, dicis? At ille, Rem ipsam, respondit. Neque enim sororem habeo Charicleam, sed sponsam, ut dicebam. Quamobrem iureiurando soluta es. Licet vero tibi, si volueris, & aliud habere argumentum, cum convivium nuptiale mihī & illi, quandocunque tibi visum fuerit, instruxeris. Pupugit illam sane, cum sponsam esse Charicleam, non sororem, haud sine zelotypia audivisset.

¹ Διαχρησάμενον) Cod. Taurin. εὖ ἂν ἔχει, ᾧ δέσποινα.
 Διαχειρησάμενον, aequē refic. ³ Ἐκδοῦναι) Abest h. v. a Palat.
² Εὖ, ἔφη, ᾧ δέσποινα) Palat. & fati commode abesse potest.

ἀλλ', Ἔσται οὕτως, εἶπεν ἡ Ἀρσάκη καὶ Ἀχαιμένην ἡμεῖς ἐτέρῳ γάμῳ παραμυθησόμεθα. ἔσται καὶ παρ' ἐμοῦ, Φησὶ, πρὸς σε, ὁ Θεαγένης, τούτων διακριθέντων καὶ ἅμα προσήει ὡς τὰς χεῖρας Φιλῆτων. ἡ δὲ προκύψασα, καὶ τὸ στόμα ἀντὶ τῶν χειρῶν προβολούσα ἐφίλησε. καὶ ἐξῆλθεν ὁ Θεαγένης Φιλῆθεις, οὐ μὴν αὐτὸς γε Φιλῆσας. καὶ τῇ Χαρικλείᾳ, καιροῦ λαβόμενος, ἅπαντα ἐξεῖπεν (οὐκ ἄνευ ζηλοτυπίας οὐδὲ ἐκείνης ἔνια μανθανούσης) ¹ καὶ τὸν ἄτοπον τῆς ἐπαγγελίας σκοπὸν προσέθηκεν, καὶ ὡς πολλὰ δι' ἐνὸς ἀνύοιτο. Ἀχαιμένει γὰρ διασεσάβηται ὁ γάμος, καὶ τῇ κατ' Ἀρσάκην ἐπιθυμία, πρόφασις τὸ παρὸν ὑπερβέσεως ἐπινενόηται. καὶ τὸ δὴ κεφάλαιον, ὡς εἰκόσ, τὸν Ἀχαιμένην ἅπαντα ταραχῆς ἐμπλήσειν, ἀνιῶμενον μὲν ἐφ' οἷς ἀποτυγχάνει προσδοκίχσας, ἀγανακτοῦντα δὲ ἐφ' οἷς ἠλάττωται παρὰ τῇ Ἀρσάκῃ διὰ

Verumtamen, Fiat, ut postulas, dixit Arface. Nos autem Achaemenem aliis nuptiis consolabimur. Praestabitur & tibi a nobis, inquit Theagenes, postquam haec irrita sunt facta. Et simul accedebat tanquam manus osculaturus. Illa vero inclinans sese, & os pro manibus obiciens, eum osculata est. Et exiit Theagenes, osculum referens, non vicissim ipse osculatus: & Charicleae, nactus occasionem, omnia exposuit, (non sine zelotypia quoque ipsa quaedam cognoscente) & inusitatum promissionis scopum addidit, & quod multa per unum sint confecta: Achaemenis disturbatae nuptiae: cupiditati Arfaces, praetextus dilationis in praesentia excogitatus: denique, quod caput est omnium, effectum, ut Achaemenes omnia cumultu impleat, aegre ferens, quod iis, quae expectabat, frustreretur, & indignans, quod a me superetur apud

¹ Καὶ τὸν ἄτοπον τῆς ἐπαγγελίας) ἡμῶν τὸν σκοπὸν. Μοχ προουσιόσα-
Palat. καὶ τῶν ἀτόπων τῆς ἐπαγγελίας) μὲν ed. Val.

τὴν εἰς ἐμὲ χάριν. οὐ γὰρ δὴ λήσεται αὐτὸν οὐδὲν, τῆς μητρὸς ἔξαγορευούσης, ἣν ἐπίτηδες παρεῖναι τοῖς λεγομένοις προύνησα, μηνυθῆναι τε ταῦτα τῷ Ἀχαιμένει βουλόμενος, καὶ μάρτυρα τῆς ἄκρι λόγων πρὸς τὴν Ἀρσάκην ὀμιλίας ποιούμενος. ἀρκεῖ μὲν γὰρ ἴτως καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῷ¹ συνειδῶτα Φαῦλον, εὐμενεῖα τῇ παρὰ τῶν κρείττωνων ἐπελπίζειν· καλὸν δὲ καὶ ἀνθρώπων τοὺς συνόντας πείθοντα, σὺν παρόρητία τὸν ἐπίκαιρον τοῦτον βίον διάγειν. προσετίθει δὲ καὶ κεῖνα, ὡς σφόδρα χρὴ προσδοκᾶν καὶ ἐπιβουλεύσειν τῇ Ἀρσάκῃ τὸν Ἀχαιμένην, ἀνδρα δοῦλον μὲν τὴν τύχην, (ἀντίθετον γὰρ ὡς ἐπίπαν τῷ κρατοῦντι τὸ κρατούμενον) ἀδικούμενον δὲ καὶ εἰς ὄρκους ἀθετούμενον, ὀρῶντα δὲ καὶ ἄλλους ἑαυτοῦ προτετιμῆσθαι πειθόμενον, συνειδῶτα δὲ τὰ

Arfacem gratia. Neque enim quidquam clam illo futurum esse, matre illi omnia expositura, quae ut adesset praefens iis, quae dicebantur, ex industria provideram, cum volens haec Achaemeni indicari, tum testem illiam consuetudinis eiusmodi, quae verbis tantum constaret, faciens. Quamvis enim sufficit fortasse, nullius sceleris sibi conscium, benevolentia numinis confidere: tamen honestum est, id ipsum de se hominibus, cum quibus versaris, persuadentem, tranquille vitam hanc, quae ad tempus tantum durat, transigere. Addebat & illa, profus esse expectandum, etiam insidias facturum esse Arfaeae Achaemenem, virum conditione ferverum, (oppositum autem est propemodum in universum id, quod subiectum est, ei, qui imperium in illud obtinet) iniuria praeterea affectum, & iureiurando fraudatum, videntem quoque, alios sibi honore praelatos esse, & con-

¹ Συνειδῶτα) Minus bene Bas. συνειδῆναι. Sic statim, πείθοντα --- διάγειν.

πάντων αἰσχίστα καὶ παρανομώτατα, καὶ οὐδὲν εἰς τὴν ἐπιβουλὴν πλάσασθαι δέομενον, οἷα δὴ πολλοὶ πολλάκις ἀνιαθέντες ἐτόλμησαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἔχοντα πρόχειρον τὴν ἄμυναν.

κζ'. Τοιαῦτα πολλὰ διελθὼν πρὸς τὴν Χαρίκλειαν, καὶ τὰ μέτρια θαρσεῖν¹ παρασκευάσας, εἰς τὴν ἐξῆς ὑπηρετησόμενος ταῖς τραπέζαις, ὑπὸ τοῦ Ἀχαιμένου ἤγετο² προστεταγμένον τοῦτο παρὰ τῆς Ἀρσάκης, καὶ ἐσθῆτα τῶν πολυτελῶν Περσικῆν ἀποστειλάσης, ταύτην τε μετήμφιένυτο, καὶ στρεπτοῖς τε χρυσοῖς καὶ περιουθενίοις λιθοκόλλοις ἐκὼν τε τὸ μέρος καὶ ἄκων ἐκοσμεῖτο. καὶ τοῦ Ἀχαιμένου ὑποδεικνύναί τι καὶ ἀφηγεῖσθαι τῶν οἰνοχοϊκῶν πειρωμένου, προσδράμων ὁ Θεαγένης ἐνὶ τῶν κυλικοφόρων τριπόδων, καὶ Φιάλην τῶν πολυτίμων ἀνελόμενος, Οὐδὲν, ἔφη, δέομαι διδασκάλων, ἀλλ' αὐτοδίδακτος ὑπουργή-

scium omnium flagitiorum ac scelerum, & cui nihil ad infidias faciendas comminisci fit opus, quod faepius multi exacerbari sunt ausi, sed ex veris liceat habere expeditam ultionis rationem.

XXVII. Talia multa cum narrasset Charicleae, & ut mediocria speraret, adhortatus esset, postridie ducebatur ab Achaemene, ministraturus ad mensam: nam hoc ab Arface imperatum fuerat: & veste pretiosa, quam miserat, induebatur, & aureis torquibus, & monilibus gemmis distinctis, partim volens, partim & invitus, ornabatur. Et cum Achaemenes praemonstrare illi & exponere artem pocillandi inciperet, accurrens Theagenes ad unum tripodem, in quo pocula disposita fuerant, & phialam tollens pretiosam, Nihil, inquit, magistris indigeo, sed ipse meo Marte ministrabo dominae, in tam

1 Παρασκευάσας) Bas. παρακελεύσας. Alterum nostro sollempnius.

σω τῇ δεσποίνῃ, τὰ οὕτω ῥᾶστα μὴ θρυπτόμενος. σὲ μὲν γάρ, ὦ βέλτιστε, ἡ τύχη εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καταναγκάζει, ἐμὲ δὲ καὶ ἡ Φύσις τὰ πρακτέα καὶ ὁ καιρὸς ὑπαγορεύει. καὶ ἅμα προσέφερε τῇ Ἀρσάκῃ προσήνες κερασάμενος, εὐρυθμον τέ τι, καὶ ἄκροισ τοῖς δακτύλοις ἐποχῶν τὴν Φιάλην. ἐκείνην μὲν οὖν πλεόν ἢ πρότερον τὸ πότον ἐξεβάκχευσεν, ἐπὶ ῥοφῶσάν τε ἅμα καὶ ἀκλινῶς εἰς τὸν Θεαγένην ἀτενίζουσαν, καὶ τοῦ ἔρωτος πλεόν ἢ τοῦ κράματος ἔλκουσαν, καὶ τὴν Φιάλην ἐπίτηδες οὐκ ἐκπίνουσαν, ἀλλὰ σὺν τέχνῃ καὶ διὰ μικροῦ τοῦ λειψάνου τῷ Θεαγένει προπίνουσαν. ἀντιτέτρωτο δὲ ἐκ πατέρων ὁ Ἀχαιμένης, καὶ ὀργῆς ἅμα καὶ ζηλοτυπίας ἐμπλησθεὶς, ὡς μηδὲ λαμβάνειν τὴν Ἀρσάκην, ὑποβλέψαντά τε, ¹ καὶ τι πρὸς τοὺς παρόντας ἡρέμα διαγογγύσαντα. ἤδη δὲ διαλυομένου τοῦ συμποσίου, Πρώτην αἰτῶ χάριν, ὦ δέσποινα, ἔφη

facilibus rebus nugas has reiiciens. Te enim, optime, fortunae ratio talia scire cogit: mihi vero & natura, & tempus, ea, quae sint facienda; suggerit. Et simul infundens leviter, afferebat Arfacae, concinno quodam & apto gradu, extremis digitis sublatam tenens phialam. Et hanc quidem magis, quam antea, illa potio concitavit, sorbentem simul, & defixis oculis Theagenem intuentem, & amoris plus, quam vini, haurientem, ac phialam dedita opera non ebibentem, sed arte, parvisque reliquiis Theageni propinantem. Vulnus accepit vicissim altera ex parte Achaemenes, ira simul ac aemulatione impletus, ut neque Arfacen id latuerit, cum torvis oculis adspexisset, & iis, qui aderant praesentes, quiddam submisisse infufurrasset. Cum autem convivium dissolveretur, Primum a te peto beneficium, o domina,

¹ Καὶ τι πρὸς τοὺς παρόντας) παρόντας, apud Dorvill. ad Char. Cod. Taur. καὶ τι καὶ πρὸς τοὺς p. 506.

ὁ Θεαγένης, ὑπηρετοῦντά με μόνον ἀμφοτέρωσθαι ταύτη τῇ στολῇ κέλευσον. ὡς δὲ ἐπένευσεν ἡ Ἀρσάκη, τὰ συνήθη μεταμφοιασάμενος ἐξήει. συνεχῆει δὲ καὶ ὁ Ἀχαιμῆνης, πολλὰ τῆς προπετείας τὸν Θεαγένην ὀνειδίζων, καὶ ὡς μεираκιῶδες εἶη τὸ πρόχειρον, καὶ ὡς τὴν μὲν πρώτην ἢ δέσποινα τὸν ξένον καὶ ἄπειρον ὑπερεῖδεν, ¹ εἰ δὲ ἐπιμένους βλακεύομενος, οὐ χαρίσῃ καὶ ὅτι φίλος ἂν ταῦτα συμβουλευοί, μᾶλλον δὲ ὀλίγον ὕστερον καὶ εἰς γένος συναφθισόμενος, καὶ ἀδελφῆς τῆς ἐκείνου καθ' ὑπόσχεσιν τῆς δεσποίνης ἀνὴρ ἐσόμενος. καὶ πολλὰ τειαῦτα μὲν ἐκείνος ἔλεγεν. ὁ δὲ, οὐδὲ ἀκούοντι προσεοικῶς, κάτω νεύσας, ἀντιπαρῆει, μέχρις οὗ συνέβαλεν αὐτοῖς ἡ Κυβέλη, κατευνάσαι τὴν δέσποιναν τὸ μεσημβρινὸν ἐπειγομένη. καὶ ἰδοῦσα σκυθρωπὸν τὸν υἱὸν, ἠρώτα τὴν αἰτίαν. ὁ δὲ, Τὸ ξένον μεираκιον, ἔφη,

inquit Theagenes, inter ministrandum tantum me uti hac stola iube. Postquam annuit Arface, consuetum habitum recipiens exivit. Exhibat una & Achaemenes, multis modis petulantiam Theageni, ut probrum, obiiciens, & quod puerilis esset eiusmodi temeritas, quodque initio domina tanquam in peregrino & ignaro ad factum connixerit. Ceterum si perrexeris esse ita contumax, haudquaquam gratificaberis, inquit: & quod ut amicus confuleret, ac paullo post affinitatis vinculo iungendus, & sororis illius iuxta pollicitationem dominae maritus futurus. Et talia multa hic dicebat. Ille autem ne audienti quidem similis, humi defixos oculos tenens, praeteribat: usque dum forte Cybele supervenit, deducere cubitum dominam tempore meridiano accelerans. Et tristem filium conspicata, quaerebat causam. Ille autem, Peregrinus hic adolescentulus, inquit, praelatus

¹ Εἰ δὲ ἐπιμένους) Ita Vatic. At Basil. ἐπιμένεις. Mox συμβουλευοί Palat. ἐπιμένεις, Xyland. ἐπιμένει, Xyland.

προτετίμηται ἡμῶν, καὶ χθές καὶ τήμερον παρεισδεδυ-
κός, οἰνοχοεῖν ἐπιτέτραπται, ¹ [καὶ] τοῖς ἀρχιτρικλί-
νοις ἡμῖν καὶ οἰνοχοοῖς πολλὰ χαίρειν Φράσαν, ὀρέγει
Φιάλην, καὶ παρίσταται πλησίον βασιλικῷ σώμα-
τος, τὸ μέχρις ὀνόματος ἀξίωμα ἡμῶν παραγκωνισά-
μενος. καὶ τὸ μὲν τοῦτον τιμᾶσθαι μετέχοντα καὶ τῶν
μειζόνων καὶ κοινωνούντα καὶ τῶν ἀπορήτοτέρων, διότι
καὶ κακῶς ποιούντες ἡμεῖς σιωπῶμεν καὶ συμπράττο-
μεν, ἥττόν ἐστι δεινόν, καίπερ ὄν δεινόν· ἀλλ' ἐκείνο γ'
ἔξην, ἀνευ ὕβρεως τῆς εἰς ἡμᾶς τοὺς ὑπουργοὺς καὶ
συνεργοὺς τῶν καλῶν πράξεων τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι.

κή. Καὶ περὶ μὲν τούτων δεύτερος λόγος. τὸ δὲ
παρὸν, ὧ μῆτερ, τὴν μνηστὴν ἐβουλόμην τὴν τὰ πάντα
ἐμοὶ γλυκυτάτην Χαρίκλειαν ἰδεῖν, εἴπως τὸ δεδηγμέ-
νον τῆς ψυχῆς, τῇ θεᾷ τῇ ἐκείνης διατιῆσαι δυναθεῖην.

est nobis, & heri & hodie, obrepens quadam elegan-
tiae specie, iussus est esse a poculis, & nobis architri-
clinis & pocillatoribus valedicens porrigit phialam, &
afflitit proxime regium corpus, dignitate nostra, quae
verbo tenus tantum iam est dignitas, contemta. Et quod
hic quidem honoretur, & adipiscatur etiam maiora, &
particeps fit vel magis arcanorum, quia nos ipsi per-
verfa quadam ratione tacemus, & adiuvamus, minus
acerbum est. Ceterum illud utique licuisset, sine con-
tumelia erga nos ministros, & socios honestarum actio-
num, talia fieri.

XXVIII. Ac de his quidem aliud erit sermonis tem-
pus. In praesentia vero, mater, sponsam mihi suavissi-
mam Charicleam videre vellem, si quo modo morsum
hunc animi illius adspectu sanare possim. Et Cybele:

¹ Καὶ τοῖς ἀρχιτρικλίνοις ἡμῖν καὶ οἰνοχοοῖς) Καὶ abest a Comma-
lini libris, qui iidem habent καὶ ἀρχιοινοχοοῖς.

καὶ ἡ Κυβέλη, Ποίαν μνηστὴν, ᾧ τέκνον; ἔοικάς μοι τὰ
σμικρότατα τῶν κατὰ σαυτὸν ἀγανακτεῖν, τὰ μείζο-
να δὲ ἀγνοῶν λαμβάνειν. οὐκ ἔτι λαμβάνεις πρὸς γά-
μον τὴν Χαρίκλειαν. Τί, ἔφη, λέγεις, ἀναβοήσασα οὐκ
εἰμὶ ἄξιος γαμεῖν ὁμόδουλον ἑαυτοῦ; διὰ τί, ᾧ μήτηρ;
Δι' ἡμᾶς, ἔφη, καὶ τὴν ἡμετέραν παράνομον περὶ Ἀρ-
σάκην εὐνοϊάν τε καὶ πίστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐκείνην καὶ
τῆς ἑαυτῶν ἀσφαλείας προτιμήσαντες, καὶ τὴν ἐκεί-
νης ἐπιθυμίαν καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐπίπροσθεν
ἄγοντες, ἅπαντα καθ' ἡδονὴν συνεπράξαμεν, ἅπαξ
που παρεισελθὼν εἰς τὸν θάλαμον ὁ γεννάδας οὗτος
καὶ λαμπρὸς ἐρώμενος,¹ καὶ μόνον ὀφθεῖς, ἀναπέ-
πεικε παραβῆναι μὲν τοὺς πρὸς σε γεγενημένους ὄρ-
κους, αὐτῶ δὲ κατεγγυᾶν τὴν Χαρίκλειαν, οὐκ ἀδελ-
φὴν, ἀλλὰ μνηστὴν εἶναι διατεινόμενος. Καὶ ἐπήγγελ-
ται ταῦτα ἐκείνη, ᾧ μήτηρ; Ἐπήγγελται, παιδίον, ἀπε-

Qualem sponsam, fili? Videris mihi ob minimas mole-
stias indignari, porro maiores offensas ignorare. Iam non
accipies in uxorem Charicleam. Quid dicis? inquit excla-
mans. An non sum dignus, ut ducam conservam meam?
Quamobrem, mater? Propter nos; inquit, & nostram il-
legitimam erga Arfacen benevolentiam & fidem. Postquam
enim illam praeferentes nostrae securitati, & illius cupi-
ditati magis, quam nostrae saluti, consulentes, omnia il-
lius arbitrato perfecimus, semel ingressus in thalamum ge-
nerosus hic & praeclarus amasius, & tantum conspectus,
persuasit, ut violaret tibi factum iusiurandum, & ut sibi
Chariclea desponderetur, non sororem, sed sponsam suam
esse, asseverans. Promisit igitur haec illa, o mater? Pro-

¹ Καὶ μόνον ὀφθεῖς) Καὶ μόνος Taur. teste Dorvill. ad Char. p.
ὀφθεῖς, Codd. Palat. Xyland. & 58.

κρίνατο ἢ Κυβέλη, παρούσης ἐμοῦ καὶ ἀκουούσης· καὶ τοὺς γάμους τε αὐτῶν ἐστιάσει λαμπρῶς ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις. σοὶ δὲ ἄλλη συνοικεῖν εἶναι ἀντὶ ταύτης ἐπηγγέλλετο. βαρὺ δὲ τι πρὸς ταῦτα ἀνοιμάζας ὁ Ἀχαιμένης, καὶ τῷ χεῖρι διατρίψας, Ἐγὼ, ἔφη, πικρογάμους θήσω σύμπαντας· μόνον μοὶ σύμπραττε τὴν εἰς χρόνον σύμμετρον τῶν γάμων ὑπέρβεισιν. καὶ εἰ τις ἐπιζητοῖ, κακοῦσθαι με κατ' ἀγρόν που συμπεσόνα ἀπάγγελλε. μνηστὴν ὁ γεννάδας ὀνομάζει τὴν ἀδελφὴν, ὥσπερ οὐ συνιέντων ἐπὶ διακρούσει μόνῃ τῇ ἐμῇ ταῦτα πράττεσθαι. εἰ γὰρ περιβάλλοι, εἰ γὰρ Φιλοίη καθάπερ δὴ καὶ νῦν, εἰ καὶ συγκαθεύδοι, καθαρὸς τις ἔλεγχος ὅτι μὴ ἀδελφὴ, μνηστὴ δὲ ἐστίν. ἐμοὶ μελήσει ταῦτα, καὶ ὄρκοις καὶ θεοῖς τοῖς παραβαθεῖσι.

κθ'. Ταῦτα εἶπε, καὶ ὑπ' ὀργῆς ἅμα καὶ ζηλο-

mifit, fili, respondit Cybele, praefente me, & audiente, & nuptias illorum splendido apparatu celebrabit paucis post diebus. Tibi vero aliam se in matrimonium daturam promifit. Vehementius ad haec ingemiscens Achae-
menes, & complofis manibus, Ego, inquit, acerbas omni-
bus reddam nuptias: tantum me adiuva in nuptiarum ad
tempus conveniens dilatione. Et si quis inquisierit, gra-
viter me affectum decumbere in agro renuntia. Spon-
sam generofus nominat fororem, tanquam intelligi non
possit, haec tantum ad discussionem eorum, quae mihi
sunt promissa, fieri. Quasi vero, etiamsi amplectatur,
etiamsi osculetur, sicuti nunc facit, denique etiamsi una
dormiat, manifestum sit indicium, quod non foror, sed
sponsa est. Mihi haec erunt curae, & iuriurando ac
Diis, quorum est religio violata.

XXIX. Haec dixit, & ira simul ac zelotypia, amo-

τυπίας καὶ ἔρωτος καὶ ἀποτυχίας οἰσθηθεῖς, (ἰκανῶν καὶ ἄλλον τινα διαταράξαι πραγμάτων, μήτοι γε δὴ βάρβαρον) τὴν προσπεσῶσαν ἔνοιαν οὐκ ἐπὶ λογισμῶ διακρίνας, ἐκ δὲ τῆς πρώτης ὀρμῆς κρατύνας, ἐσπέρας ἐπελθούσης, ἵππον τε Ἀρμένιον, τῶν εἰς πομπὰς καὶ πανηγύρεις τῶ σατράπῃ Φατνιζομένων, ὑφέλῃσθαι δυνηθεῖς, ἀφιππάσατο ὡς τὸν Ὀροονδάτην κατὰ Θήβας τότε τὰς μεγάλας τὴν ἐπ' Αἰθίοπας συγκροτούντα στρατείαν, καὶ πᾶν εἶδος πολέμου, καὶ χεῖρα παντοίαν ἀβροίζοντα, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοὺς ἔξοδον ἤδη συσκευαζόμενον.

reque & frustratione percitus, (quae res alioqui & ad alium, nedum ad hominem barbarum perturbandum sufficerent) cogitationem, quae inciderat, non expendens ratione, sed primo impetu approbans, equum Armenium, qui satraepae ad pompas & panegyres alebatur, cum illum clam subducere posset, conscendit, ad Oroondatem iter tendens, tum Thebis magnis contra Aethiopem exercitum colligentem, & omne genus belli & varias copias congregantem, atque exitum contra illum iam adornantem.

ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝ
ΛΟΓΟΣ Η.

Ὅ ΓΑΡ δὴ βασιλεὺς Αἰθιοπῶν ἀπάτη περιεληλυθὼς τὸν Ὀροονδάτην, καὶ πατέρου τῶν ἐπάθλων τοῦ πολέμου γεγωνῶς ἐγκρατῆς, καὶ τὴν πόλιν ἐπίμαχον τὰς Φίλας αἰεὶ τυγχάνουσαν ἐκ προλήψεως ὑφ' αὐτῷ πεποιημένος, εἰς πᾶσαν ἀμηχανίαν, ὥστε καὶ κατηπειγμένως ποιῆσθαι τὴν ἐκστράτειαν, καὶ αὐτοσχέδιον τὰ πολλὰ, κατηνάγκαζεν. ἡ γὰρ πόλις αἱ Φίλαι, κει-

HELIODORI
AETHIOPICORUM
LIBER OCTAVUS.

REX enim Aethiopum, cum fraude circumvenisset Oroondatem, & altero belli praemio potitus esset, ac Philas urbem, semper expugnatu facilem, anticipatione sibi subiecisset, ad summam rerum penuriam eum, adeo ut raptim ac tumultuarie magna ex parte expeditionem susciperet, redigebat. Urbs enim Philae sita est ad Ni-

ται μὲν ἐπὶ τῷ Νείλῳ, τῶν ἐλαττόνων καταρράκτων ἀνωτέρω μικρόν· Συήνης δὲ καὶ Ἐλεφαντίνης, ἑκατόν που τοῖς μεταξὺ σταδίοις διείργεται. ταύτην πετὲ Φυγάδες Αἰγύπτιοι καταλαβόντες καὶ ἐνοικήσαντες, ἀμφοίβολον Αἰθίοψι τε καὶ Αἰγυπτίοις κατέστησαν· τῶν μὲν, τοῖς καταρράκταις τὴν Αἰθιοπίαν ὀριζομένων· Αἰγυπτίων δὲ καὶ τὰς Φίλας, κατὰ τὴν προενοίκησιν τῶν παρ' ἑαυτοῖς Φυγάδων, ὡς ἂν δορυαλώτους ἑαυτοὺς προσνέμειν ἀξιούντων. συνεχῶς δὴ μεταπιπτούσης τῆς πόλεως, καὶ τῶν αἰὲ προλαβόντων καὶ ἐπικρατούντων γινομένης, τότε δὲ ὑπὸ Φρουρᾶς Αἰγυπτίων τε καὶ Περσῶν κατεχομένης, ὁ τῶν Αἰθιοπῶν βασιλεὺς πρεσβείαν ὡς τὸν Ὀροονδάτην στείλας, ¹ ἐξήτει μὲν καὶ τὰς Φίλας, ἐξήτει δὲ καὶ τὰ σμαράγδεια μέταλλα· καὶ πάλαι περὶ τούτων ὡς εἴρηται διακηρυκυσάμενος καὶ οὐ τυχῶν, ὀλίγαις τε προφθῆναι τοὺς

lum, paullulum supra minores cataractas: a Syene vero & Elephantina centum stadiis circiter distat. Hanc aliquando exfules Aegyptii cum occupassent & incoluissent, ut de illa inter Aethiopes & Aegyptios ambigetur, effecerunt: illis quidem, Aethiopiam cataractis terminantibus; Aegyptiis vero etiam Philas, quod eas exfules illorum incoluissent, tanquam bello partas sibi vindicare volentibus. Cumque continue transfiret ab aliis in aliorum ditionem urbs, & eorum, qui antevertissent ac devicissent, esset, tunc vero praesidio Aegyptiorum & Persarum detineretur; Aethiopum rex, in legatione ad Oroondatem, reposcebat Philas, reposcebat & smaragdī fodinas. Et cum iampridem haec denuntiasset, ut dictum est, & non obtinuisset, quod postulabat, paucis

¹ Ἐξήτει μὲν) Hic pro, ἐξήτει legitur cum Palat. ἐξήτει. Commel.

ἐξήτει legendum esse vidit ἐξήτει· quod & nos, re ipsa iubente, recepimus.

πρεσβευτὰς ἡμέραις ἐπιτρέψας, ἐφείπετο, πάλαι προ-
 παρασκευασάμενος δῆθεν, ὡς ἐπ' ἄλλον τινὰ πόλεμον,
 καὶ οὐδενὶ τὴν ὁρμὴν τῆς στρατείας φράσας. καὶ περὶ δὴ
 τὰς Φίλας ὑπερβεβηκέναι τοὺς πρεσβευτὰς εἶκαζεν,
 ὀλιγωρίαν τοῖς τε ἐνοικοῦσι ¹ καὶ Φρουροῖς ἐμποιήσαν-
 τας, καὶ ὡς ὑπὲρ εἰρήνης ἢ καὶ Φιλίας πρεσβεύοιεν
 ἀπαγγεῖλαντας, αὐτὸς αἰφνίδιον ἐπιστὰς τὴν τε Φρου-
 ρὰν ἐξήλασε, δύο μὲν που καὶ τριῶν ἡμερῶν ² ἀντι-
 σχοῦσαν, πληθεὶ δὲ τῶν ἐναντίων καὶ μηχαναῖς τειχο-
 μάχοις ἐνδοῦσαν· καὶ τὴν πόλιν κατέσχεν, οὐδενὶ τῶν
 ἐνοικούντων λυμηνάμενος. διὰ ταῦτα δὴ τεταραγμένον
 καταλαβὼν τὸν Ὀροονδάτην Ὀ' Αἰχαιμένης, ³ καὶ ἅπαν-
 τα πεπυσμένον παρὰ τῶν διαδράντων, ἔτι πλέον ἐξε-
 τάραξεν ἀπροσδόκητός τε καὶ ἀπρόσκλητος ὀφθείς. καὶ

diebus praecedere legatis iussis, ipse subsequeretur,
 cum antea omni apparatu se instruxisset tanquam ad aliud
 quoddam bellum, & nemini, quo versurus esset molem
 belli, indicasset. Postquam autem Philas superasse lega-
 tos conieciabatur, qui negligentia & securitate incolas
 implebant, &, tanquam pacis causa & amicitiae legatio-
 ne fungerentur, nuntiabant: ipse subito adveniēns, &
 praesidium eiecit, quod ultra biduum triduumve multi-
 tudinem hostium & machinas, quibus muri oppugnan-
 tur, sustinere non poterat; & urbem tenuit, nemini ex
 incolis ullo damno illato. Propter haec perturbatum de-
 prehēdēns Achaemenes Oroondatem, & de omnibus
 ab his, qui effugerant, edoctum, adhuc magis pertur-
 bavit, cum inopinato & non advocatus adesset. Extem-

¹ Καὶ φρουροῖς) Bas. καὶ φρου-
 ραῖς, non omnino male.

² Ἀντισχοῦσαν) Deest h. v. in
 Bas. suppletum a Commel. e Codd.

³ Καὶ ἅπαντα πεπυσμένον) Le-

tionem hanc unice veram suppe-
 ditavit Cod. Taurin. apud Dorv.
 ad Char. p. 634. Reliqui libri,
 πεπεισμένον.

μή τι δεινὸν περὶ τὴν Ἀρσάκην ἢ τὸν ἄλλον οἶκον γένοι, πυνθανομένω, γεγονέναι μὲν ὁ Ἀχαιμένης, ἰδίᾳ δὲ Φράζειν βούλεσθαι ἀπεκρίνατο. καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἐχαρίσθησαν, ἅπαντα κατεμήνυεν· ὡς ὑπὸ Μιτράνου ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὁ Θεαγένης, ἀπέσταλτο πρὸς Ὀροονδάτην, δῶρον, εἰ δοξείεν, ὡς βασιλέα τὸν μέγαν ἀναπεμθεῖσόμενος¹ (καὶ γὰρ εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου, τῆς βασιλείας αὐλῆς καὶ τραπέζης ἐπάξιον) ὡς ὑπὸ Βησσαίων ἀφαιρεθείη, προσανελόντων καὶ τὸν Μιτράνην· ὡς ἀφίκοιτο μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Μέμφιν² παρενείρων ἅμα καὶ τὰ κατὰ τὸν Θύαμιν· καὶ τέλος, τὸν ἐπὶ τῷ Θεαγένει τῆς Ἀρσάκης ἔρωτα, καὶ τὸν εἰς τὰ βασίλεια τοῦ Θεαγένους εἰσοικισμὸν, καὶ τὰς περὶ αὐτὸν φιλοφρονήσεις, καὶ τὰς ἐκείνου διακονίας τε καὶ οἰνοχοίας· καὶ ὡς πέπρακται μὲν ἤδη τῶν

plouque, *Ecquid mali Arsacae, aut reliquae domui cecidisset, quaerenti: Cecidisse quidem, ceterum seorsim se velle dicere, respondit. Postquam alii secesserunt, omnia indicabat: Quomodo a Mitrane captus esset Theagenes, & ad Oroondatem missus, ut donum regi magno (si visum fuisset) deinde mitteretur. Etenim esse adolescentem aula regia & mensa omnino dignum. Quomodo a Bessaensibus ereptus esset, qui & Mitranem praeterea interfecissent: quod postea venisset Memphim; simul renovans & Thyamis rationes. Ad extremum, Arsaces amorem erga Theagenem, & migrationem Theagenis in regia domicilia, & honores illi cum quadam benevolentiae significatione habitos, ac illius ministeria, & pocillationes: & quod adhuc fortasse nihil incestae con-*

¹ Καὶ γὰρ εἶναι τὸ χρῆμα τοῦ νεανίου, τῆς βασιλείας αὐλῆς) Cod. Taur. καὶ γὰρ εἶναι χρῆμα -- τῆς αὐλῆς βασιλείας. Sed βασιλείαν αὐλῆν constanter vocat Heliodorus. Ma-

le vero eū pro εἶναι τό.

² Παρενείρων) Praeclara haec est omnium librorum, teste Commelino, lectio. Bas. παρεγείρων.

παρὰ νόμων ἴσως οὐδέν, ἀνδισταμένου τέως τοῦ νέου καὶ ἀντέχοντος· δέος δὲ προαχθῆναι βιασθέντος, ἢ καὶ τῷ χρόνῳ τοῦ ξένου πως ἐνδόντος, εἰ μὴ Φθαίη τις αὐτὸν προαναρπάξων ἐκ τῆς Μέμφεως, καὶ τὴν ὅλην τοῦ ἔρωτος ὑπόθεσιν τῆς Ἀρσάκης ὑποτεμνόμενος· διὰ γὰρ ὅη ταῦτα καὶ αὐτὸς ἐπειχθῆναι, καὶ λάβρα διαδράς ἦκειν μηνυτῆς, εὐνοία τῇ περὶ τὸν δεσπότην, ἀποκρύπτειν τὰ κατὰ τοῦ δεσπότητος μὴ ἐξενεγκῶν.

β'. Καίπειθ' οὕτοις θυμοῦ τὸν Ὀροονδάτην ἐνεπεπλήκει, ¹ καὶ ὅλος πρὸς ἀγανάκτησιν καὶ τιμωρίαν ἐξῆει, δι' ἐπιθυμίας αὐθις ἐξέκαε τὰ κατὰ τὴν Χαρίκλειαν προστιθεὶς, καὶ ἐπὶ μέγα ὥσπερ ἦν ἐξαίρων, καὶ τὸ κάλλος παντοίως ἐκθειάζων, καὶ τὴν ὥραν τῆς κόρης, ὡς οὔτε ὀφθειῖν πρότερον, οὔτε αὐθις δυνήσεται· Μικρὰς νόμιζε, λέγων, πάσας σοὶ τὰς παλλακίδας

fuetudinis intercessisset, resistente adolescente, & repugnante. Metuendum esse tamen, ne adducatur aut vi, aut alioqui temporis diuturnitati succumbens, nisi aliquis illum ante Memphi rapiat, & totum scopum amoris Arfacae praecidat. Atque eam ob causam se quoque accelerasse, & clam elapsum venire indicem, benevolentia erga dominum, occultare ea, quae contra voluntatem domini fierent, non valentem.

II. Ut hac oratione ira Oroondatem implevit, & totus indignatione & vindictae studio effervescebat; rursus eum cupiditate inflammabat, narrationem de Chariclea adiiciens, & in summum fastigium, sicut erat, attollens, & pulchritudinem virginis & formam omnino divinis laudibus ornans, quod nunquam talis fuisset visa, neque iterum videri posset: Flocci faciendas existima,

¹ Καὶ ὅλος πρὸς ἀγανάκτησιν -- ad Char. p. 481, eodemque probante. Si vulgatum teneas, de ἐξῆει) Cod. Taur. καὶ ὅλος πρὸς ἀγανάκτησιν -- ἐξῆγε, teste Dorv. Oroondate accipiendum erit.

εἶναι παρὰ ταύτην, οὐ μόνον τὰς κατὰ τὴν Μέμφιν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπομένας· καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοις ὁ Ἀχαιμένης, ἐλπίζων εἰ καὶ προσομιλήσειεν Ὀροονδάτης τῇ Χαρικλείᾳ, μικρὸν γοῦν ὕστερον ἐπὶ μισθῶ τῶν μνηυμάτων ἐξαιτήσας, πρὸς γάμον ἔξειν. καὶ ὅλως ἐξηρέθιστο ἤδη καὶ διακαῆς ἦν ὁ σατράπης, θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας ἅμα ὥσπερ εἰς ἄρκυς ἐμβεβλημένος· καὶ οὐδὲ μικρὸν ὑπερβέμενος, Βαγῶαν τινα τῶν πεπιστευμένων ευνούχων προσκαλεσάμενος, ἰππέας τε πεντήκοντα ἐγχειρίσας, εἰς τὴν Μέμφιν ἐξέπεμπεν, ἄγειν ὡς αὐτὸν Θεαγένην τε καὶ Χαρίκλειαν ὡς ὅτι τάχιστα, καὶ οὔπερ ἂν αὐτὸς καταλαμβάνοιτο, ἐπιστείλας.

γ'. Ἐνεχειρίζε δὲ καὶ γράμμα· τὸ μὲν πρὸς Ἀρσάμην ὧδε ἔχον. ὈΡΟΟΝΔΑΤΗΣ ἈΡΣΑΚΗΙ. Θεαγένην καὶ Χαρίκλειαν, τοὺς αἰχμαλώτους μὲν ἀδελφοὺς,

dicens, omnes tuas pellices prae ipsa, non tantum eas, quae sunt Memphi, sed & eas, quae te sequuntur. Et alia multa ad haec addebat Achaemenes, sperans, etiam si rem habuisset Oroondates cum Chariclea, se tamen illam paullo post, cum eam pro praemio indiciorum petiisset, in uxorem accepturum. Iamque prorsus irritatus erat & inflammatus satrapa, in retia simul irae & cupiditatis iniectus. Et neque minima dilatione interposita, Bagoa quodam ex eunuchis, qui fide & auctoritate apud illum valebat, accersito, traditisque illi equitibus quinquaginta, Memphim misit, ut ad se adduceret Theagenem & Charicleam primo quoque tempore, & ubicunque se deprehensurus esset, imperans.

III. Dedit & literas; alias ad Arfacen, eiusmodi: *Oroondates Arfacae*: Theagenem & Charicleam, captivos

Βασιλέως δὲ δούλους, βασιλεῖ διαπεμφθησομένους ἀπόστειλον. ἀλλ' ἐκούσα ἀπόστειλον, ἐπεὶ καὶ ἀκούσης ἀχθήσονται, καὶ Ἀχαιμένης πιστευθήσεται. πρὸς δὲ Εὐφράτην τὸν κατὰ τὴν Μέμφιν ἀρχιευνοῦχον, τοῖόνδε. Ὑπὲρ μὲν ὧν οἰκίας τῆς ἐμῆς ὀλιγαρεῖς, εὐθύνας ὑφέξεις. τὸ παρὸν δὲ τοὺς ξένους Ἑλληνας τοὺς αἰχμαλώτους Βαγῶα παράδος ὡς ἐμὲ ἀχθησομένους, ἐκούσης Ἀρσάκης, εἴτε καὶ ἀκούσης πάντως δὲ παράδος, ἢ αὐτὸς ἴσθι δέσμιος ἀχθῆναι προστεταγμένος, τῆς δορᾶς ἀφαιρητόμενος. οἱ μὲν δὴ περὶ τὸν Βαγῶαν ἐπὶ τὸ προστεταγμένον ἐξώρμησαν, τῶν ἐπεσταλμένων παρὰ τοῦ σατράπου κατασεσημασμένων, ὡς ἂν μᾶλλον πιστεύσειαν οἱ κατὰ τὴν Μέμφιν καὶ Θαττον τοὺς νέους ἐκδοῖεν. ἐξώρμησε δὲ καὶ Ὀροονδάτης ἐπὶ τὸν πρὸς Αἰθίοπας πόλεμον, ἐπέσθαι καὶ τὸν Ἀχαιμένην προστάξας, ἡρέμα καὶ οὐκ εἰδῶτα παραφρουρούμενον, ἕως

ἡμῖν ὀνειδίζων, ἣν οὐκ ἂν ἐν Φαύλῳ ποιησαίμην. δικαστὴν γὰρ ὀρίζομεν γνήσιον, τὸν τοῦ δικαίου συνήγορον. τί δὲ οὐχὶ σοὶ μᾶλλον ἢ τῇ κόρῃ συνηγορῶν Φανήσομαι; πατέρα σε σὺν τοῖς θεοῖς ἀναδεικνύς, καὶ ἦν ἐκ σπαργάνων περιέσωσα ὑμῖν θυγατέρα, ταύτην καὶ νῦν ἀνασωζομένην ἐπ' ἀκμῆς, οὐ περιορῶν; ἀλλὰ σὺ μὲν ἂ βούλει γίγνωσκε περὶ ἡμῶν, οὐδένα ὑπόλογον τούτοις ποιοῦμενον. οὐ γὰρ πρὸς τὴν ἐτέρων ἀρέσκειαν βιοῦμεν· τὸ δὲ αὐτὸ καλὸν καὶ γαθὸν ζηλοῦντες ἑαυτοὺς πείθειν ἀγαπῶμεν. τῆς γε μὴν κατὰ τὴν χροίαν ἀπορίας ὀράζει μὲν σοὶ καὶ ἡ ταινία, [τὴν λύσιν ὁμολογούσης] ἐν αὐτῇ ταυτησὶ Περσίνης, ἔσπακέναι τινὰ εἰδωλα καὶ Φαντασίας ὁμοιοτήτων ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἀνδρομέδαν πρὸς σε ὁμιλίας ὀραμένης. εἰδ' οὖν καὶ ἄλλως πιστώσασθαι βούλει, πρόκειται τὸ ἀρχέτυπον,

nobis, ut probrum, obiicis, quod ego mihi haudquam negligendum esse duco. Iudicem enim legitimum definimus eum, qui aequitatis patronus ac defensor est. Ceterum cur non potius tibi, quam puellae, patrocinari videbor? cum te patrem, Deorum auxilio fretus, declarem: & quam vobis ab incunabilis fervavi filiam, eam & nunc salvam in flore aetatis non despiciam? Sed tu quidem, ut vis, statue, & existima de nobis, qui haec facimus flocci. Neque enim ad aliorum arbitrium vivimus, sed meram honestatem & aequitatem sectantes, nobis ipsi satisfacere cupimus. Quod ad quaestionem de colore attinet, huius explicationem ipsa tibi fascia exponit: Perfinam scilicet attraxisse quaedam simulacra & imaginationes similitudinis in tuo concubitu, ex conspectu Andromedae. Quod si alioqui omnino id comprobari, & fidem tibi fieri vis, ad manum est exemplar

ἐπισκοπεῖν τὴν Ἀνδρομέδαν, ἀπαράλλακτον ἐν τῇ γρα-
Φῇ καὶ ἐν τῇ κόρῃ δεικνυμένην.

ἰε'. Ἐκόμιζον ἀράμενοι τὴν εἰκόνα πρὸς τὰ λεχθέντα
οἱ ὑπηρέται· καὶ πλησίον τῆς Χαρικλείας ἀντεγεύραν-
τες, τοσοῦτον ἐκίνησαν παρὰ πάντων κρότον καὶ θό-
ρυβον, ἄλλων πρὸς ἄλλους, ὅσοι καὶ καταμικρὸν συνίε-
σαν τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα διαδηλοῦντων, καὶ
πρὸς τὸ ἀπηκριβωμένον τῆς ὁμοιότητος σὺν περιχαρεία
ἐκπλαγέντων ὥστε καὶ τὸν Ὑδάσπην οὐκ ἔτι μὲν
ἀπιστεῖν ἔχειν, ἐφροῦναι δὲ πολὺν χρόνον ὑφ' ἡδονῆς
ἅμα καὶ θαύματος ἐχόμενον. ὁ δὲ Σισιμίθρης, Ἐν ἔτι
λείπεται, ἔφη περὶ βασιλείας γὰρ καὶ τῆς κατ' αὐ-
τὴν γνησίας διαδοχῆς ὁ λόγος, καὶ πρό γε πάντων,
ἀληθείας αὐτῆς. γύμνωσον τὴν ὠλένην, ᾧ κόρη. μέλανι
συνθήματι τὸ ὑπὲρ πῆχυν ἐσπίλωτο. οὐδὲν ἀπρεπὲς
γυμνούμενον, τὸ Φύντων καὶ γένους μαρτύριον. ἐγύμνω-

& archetypus: contemplare Andromedam, quae perinde
in virgine atque in pictura ostenditur, ita ut nullum sit
discrimen.

XV. Afferebant his dictis sublatam imaginem ministri,
& cum eam proxime Charicleam erexissent, tantum ex-
citarunt inter omnes plausum ac tumultum, cum alii aliis,
qui paullulum tantum intellexerant ea, quae dicerentur
& fierent, significarent, & propter exactam & consum-
matam similitudinem, cum quadam laetitia exanimaren-
tur: ut & Hydaspes non amplius diffidere posset, sed
diu staret immotus, laetitia simul & admiratione de-
tentus. Sisimithres autem, Unum adhuc desideratur, in-
quit. De regno enim, & illius legitima successione agitur,
& ante omnia de veritate ipsa. Nuda brachium, virgo: ni-
gra nota pars supra cubitum maculata fuerat. Nihil de-
decoris affert, nudatum parentum & generis testimonium.

σεν αὐτοῖς ἡ Χαρίκλεια τὴν λαϊάν· καὶ ἦν τις ὡσπερ
ἔβενος περιδρομος ἐλέφαντα τὸν βραχίονα μαιίνων.

ιστ'. Οὐκ ἔτι κατεῖχεν ἡ Περσίνα, ἀλλ' ἀθρόον τε
ἀνήλατο τοῦ θρόνου, καὶ προσδραμοῦσα περιέβαλλέ
τε, καὶ περιφῦσα ἐδάκρυνέ τε, καὶ πρὸς τὸ ἀκατάσχε-
τον τῆς χαρᾶς, μυκυθμῶ τινι προσεικὸς ἀνωρέτο·
ὑπερβολὴ γὰρ ἡδονῆς καὶ θρήνον ποτὲ ἀποτίκτειν Φι-
λεῖ·¹ μικρὸν τε ἔφθη συγκατενεχθῆναι τῇ Χαρικλείᾳ.
ὁ δὲ Ὑδάσπης ἡλέει μὲν γυναῖκα ὀδυρομένην ὄρων,
καὶ εἰς συμπάθειαν ἐκάμπτετο τὴν διάνοιαν. τὸ ὄμμα
δὲ οἰονεὶ κέρας ἢ σίδηρον εἰς τὰ ὀρώμενα τείνας, εἰστή-
κει πρὸς τὰς ὠδίνας τῶν δακρύων ἀπομαχόμενος· καὶ
τῆς ψυχῆς αὐτῷ πατρικῶν τε πάθει καὶ ἀνδρείῳ λήμ-
ματι κυματομένης,² [τῆς γνώμης ὑπ' ἀμφοτέρων
στασιαζομένης,] καὶ πρὸς ἑκατέρου καθάπερ ὑπὸ σά-

Nudavit illis Chariclea sinistram, & erat quasi ebenus
quaedam in circuitu brachium tanquam ebur maculans.

XVI. Non amplius sese continuit Persina, sed repente
de throno desiluit, amplexaque lacrimabat: & propter
magnitudinem gaudii, quod reprimere non poterat, mu-
gitus cuiusdam similem eiulatum edebat. Etenim excel-
lencia gaudii etiam luctum interdum gignere solet: pa-
rumque aberat, quin una cum Chariclea collaberetur.
At Hydaspes miserabatur quidem mulierem, cum illam
lugere videret, & ad similem affectum animo flesteba-
tur: ceterum oculis, tanquam cornu aut ferro, in ea, quae
cernebantur, defixis, constiterat, doloribus lacrimarum
repugnans. Cumque ipsi anima, cum patrio affectu, tum
virili spiritu, efferverceret, & in utramque partem tan-

¹ Μικρὸν τε ἔφθη) Recte sic
Palat. Bas. ἔφθη, vitiose.

² Τῆς γνώμης -- στασιαζομένης)

aliquot libri scripti; quae tamen
glossae speciem habere videntur.

Μοχ συγκαταπεπληγμένην editio
Bas.

λου μετασπωμένης, τελευτῶν ἠττήθη τῆς τὰ πάντα νικώσης Φύσεως· καὶ πατὴρ οὐκ εἶναι μόνον ἐπεΐβετο, ἀλλὰ καὶ πάσχειν ὅσα πατὴρ ἠλέγχετο· καὶ τὴν Περσίαν συγκατενεχθεῖσαν τῇ θυγατρὶ καὶ συγκαταπεπλεγμένην ἀνεγείρων, οὐκ ἔλαβε καὶ τὴν Χαρίκλειαν ἐναγκαλιζόμενος, καὶ δακρύων ἐπιρροῇ πατρικῆ πρὸς αὐτὴν σπενδόμενος· οὐ μὴν εἰς τὸ παντελές γε ἐξεκρούσθη τῶν πρακτέων· ἀλλ' ὀλίγον ἐπιστάς, τότε δῆμον κατοπτεύσας ἀπὸ τῶν ἴσων παθῶν κεινημένον, καὶ πρὸς τὴν σκηνοποιίαν τῆς τύχης ὕψ' ἠδονῆς τε ἅμα καὶ ἐλέου δακρύνοντας, [ἠχὴν τέ τινα θεσπεσίαν ἄχρως αἰθέρος αἶροντας,] καὶ εὔτε κηρύκων σιγὴν ἐπιταπτόντων ἐπαιόντας, [εὔτε τὸ βούλημα τοῦ ταραχου προδήλως ἐκφαίνοντας,] τὴν χεῖρα προτείνας καὶ κατασείων, πρὸς ἡσυχίαν τὸ κλυδώνιον τοῦ δήμου κατέστειλε· καὶ, ὦ παρόντες, ἔλεγεν, οἱ μὲν θεοὶ πατέρα με,

quam fluctu raperetur, ad extremum tamen superatus est a natura, quae vincit omnia: & quod pater effert, non tantum persuaderi sibi patiebatur, sed etiam ita, ut pater, afficiebatur animo: & Perfinam collapsam una cum filia, ac percussam, erigens, visus est etiam Charicleam amplecti, & lacrimarum affluxu, quasi quibusdam libationibus, paternum cum illa foedus facere. Neque tamen omnino excussus est iis, quae agenda fuerant: sed paululum commoratus, & populum conspicatus aequali affectu commotum, & ob fortunae mirificum casum, tanquam in scena exhibitum, prae voluptate simul & commiseratione flentem, & neque praecones silentium imperantes audientem, manu protensa silentium denuntians, commotionem vulgi in tranquillitatem composuit. Et, O vos, qui adestis praesentes, dicebat: me quidem Dii pa-

ὡς ὁρᾶτε καὶ ἀκούετε, πάσης ἐπέκεινα προσδοκίας ἀνέδειξαν· καὶ θυγατὴρ εἶναι μοι ἤδε ἡ κόρη πολλαῖς ταῖς ἀποδείξεσι γνωρίζεται. ἐγὼ δὲ τσαύτην ὑπερβολὴν ποιῶμαι τῆς εἰς ὑμᾶς τε καὶ τὴν ἐνεγκοῦσαν εὐνοίας, ὥστε μικρὰ φροντίδας καὶ γένους διαδοχῆς καὶ πατρῴας ἀνακλήσεως, ἃ δὴ πάντα μοι διὰ τῆσδε ἔμελλεν ἔσεσθαι, θεοῖς ἱερουργεῖν ὑπὲρ ὑμῶν ἐπέιγομαι. ὁρῶ μὲν γὰρ ὑμᾶς δακρύνοντας, καὶ ἀνθρώπινόν τι πάθος ἀναδεδειγμένους, καὶ ἐλεοῦντας μὲν τὴν ἀαρτίαν τῆς κόρης, ἐλεοῦντας δὲ καὶ τὴν ἐμὴν μάτην προσδοκῆσαι τῶν γένους διαδοχὴν· ὅμως δ' οὖν ἀνάγκη, καὶ ὑμῶν ἴσως μὴ βουλομένων, τῷ πατρίῳ πείβεσθαι νόμῳ, τῶν ἰδίων λυσιτελῶν, τὸ τῆς πατρίδος ἐπίπροσθεν ποιούμενον. εἰ μὲν γὰρ τοῖς θεοῖς οὕτω φίλον ὥστε παρέχεσθαι τε ἅμα καὶ ἀφαιρεῖσθαι, (τοῦτο γὰρ ἤδη πάλαι τε πέπονθα γεννηθείσης, καὶ πάσχω τὸ

trem, ut videtis & auditis, praeter omnem expectationem declararunt: & quod filia mea sit haec virgo, multis argumentis constat. Ego vero tanta sum erga vos & patriam benevolentia praeditus, ut haud multum curans & generis successionem, & primam appellationem, quae omnia mihi per hanc eventura fuerant, Diis eam sacrificare pro vobis properem. Etsi autem vos lacrimare video, & indicium dare, quod humano quodam affectu commoti fitis, denique miserari puellae immaturam ad moriendum aetatem, miserari quoque meam nequidquam expectatam generis successionem: tamen necesse est, me, vel vobis nolentibus, patrio obtemperare instituto, utilitati patriae potius, quam privatis commodis, consulentem. Et quidem an hoc Diis ita placeat, ut simul praebeant & auferant, (id enim iam pridem expertus sum, cum esset nata: & nunc experior, postquam inventa est)

παρὸν εὐρεθείσης) οὐκ ἔχω λέγειν ὑμῖν δὲ καταλεί-
 πω σκοπεῖν. οὐδ' εἴπερ ἦν ἐξέκτισαν τῆς ἐνεγκούσης
 ἐπὶ πέρατα γῆς ἔσχατα, αὐτῆς δὲ θαυματουργοῦντες
 ἐν αἰχμαλώτῳ τῇ τύχῃ φέροντες ἐνεχειρίσαν, ταύτην
 αὐτοὶ πάλιν ἱερούργουμένην προσδέξονται. καὶ ἦν ὡς πο-
 λέμιον οὐκ ἀνεῖλον, καὶ αἰχμάλωτον γενομένην οὐκ
 ἐλυμηνάμην, ταύτην θυγατέρα φανεῖσαν ἐναγίξειν, ὡς
 καὶ ὑμῖν ὄντος κατὰ βούλησιν τοῦ πράγματος, οὐχ
 ὑπερβήσομαι, οὐδὲ πήσομαι, ὃ καὶ ἄλλῳ πάσχοντι
 πατρὶ συγγνωστὸν ἴσως ἂν ἦν, οὐδὲ οὐκλάζω, οὐδὲ εἰς
 ἰκεσίαν τρέψομαι, συγγνώμην δοῦναι καὶ ἀφοσιώσα-
 σθαι τὸ παρὸν πρὸς τὸν νόμον, τῇ φύσει πλεον καὶ
 τοῖς ἐκ ταύτης πάθεσι προσθέμενος, ὡς ἐξὸν καὶ ἐτέ-
 ρῳ τρόπῳ θεραπεύειν τὸ θεῖον. ἀλλ' ὅσα συμπάσχον-
 τες ἡμῖν οὐ λελήθατε, καὶ [ὡς] ἴδια τὰ ἡμέτερα πάθη
 περιαλγούντες, τοσούτῳ καὶ μοὶ προτιμότερα τὰ ὑμέ-

dicerè non possum: ceterum vobis considerandum re-
 linquo. Neque hoc statuere possum, ut, quam extor-
 rem egerint patria procul ad ultimos terrae fines, & rur-
 sus mirabili casu in captiva fortuna offerentes tradide-
 rint, eandem rursus mactari sint admiffuri. Quod cum
 ita sit, nihilominus, quam ut hostem non sustuli, & ca-
 ptivam nullo detrimento affeci, eam filiam cognitam sa-
 crificare, siquidem vestra voluntas ita fert, non cuncta-
 bor. Neque affectui succumbam, quod alii patri fortasse
 condonandum esset; nec frangar animo, nec deprecab-
 or, ut veniam detis, & hoc officium in praesentia na-
 turae prae lege tribuatis, eo plus erga illam affectui
 dantes, quod alio quoque modo liceat placare numen.
 Sed ut vos, quod aequè ac ego animo afficeremini, si-
 gnificationem dedistis, & nostros casus non fecus ac pri-
 vatos doluistis: ita & a me vestrae rationes longe meis

τερα, ὀλίγον μὲν τῆς ἀκληρίας λόγον ποιουμένῳ, ὀλίγον δὲ τῆς ἀθλίας ταυτησί Περσίνης κατοδυρομένης, πρωτοτόκου τε ἅμα καὶ ἀγόνου καθισταμένης. ὥστε, εἰ δοκεῖ, παύσασθε μὲν δακρύνοντες καὶ ἡμᾶς κατοικιζόμενοι μάτην. τῆς δὲ ἱερουργίας ἐχόμεθα. σὺ δὲ, ὦ θυγάτηρ, (πρῶτα γάρ σε καὶ ὕστατα τὸ πθητὸν ὄνομα τοῦτο προσΦθέγγομαι) ὦ μάτην μὲν ὠραία μάτην δὲ ἀνευραμένη τοῖς γεννήσαντας· ὦ τῆς ἀλλοδαπῆς βαρυτέραν τὴν πατρίδα δυστυχήσασα· ὦ σωτηριώδους μὲν τῆς ξένης, ἐπ' ὀλέθρῳ δὲ πειραμένη τῆς ἐνεγκούσης· μή μοι σύγχει τὸν θυμὸν ὀδυρομένη, ἀλλὰ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνό σου Φρόνημα καὶ βασιλείον, νῦν, εἴπερ ποτε καὶ πρότερον, ἐπιδείκνυσο, καὶ ἔπου τῶ γεννήσαντι, νυμφοστολῆσαι μὲν οὐ δυναθέντι, οὐδὲ ἐπὶ παστάδας καὶ θαλάμους ἀγάγοντι, πρὸς δὲ θυσίαν κοσμοῦντι, καὶ δᾶδας οὐ γαμηλίους, ἀλλ' ἐπιβωμίους

anteponuntur, parum curante hanc calamitatem; haud multum quoque hanc miseram Perfinam lugentem, quae simul & primi foetus parens, & prole orba reddita est. Quamobrem, si videtur, definite a lacrimis, & nostri inutili commiseratione: ad sacrificium autem aggrediamur. Tu vero, filia, (primum enim enim te hoc suavi nomine, & ultimum alloquor) o nequidquam formosa, & quae frustra parentes invenisti, quae in patriam, aliena terra longe graviozem, infeliciter incidisti, & peregrinam quidem salutarem, patriam autem perniciosam experta es, ne mihi animum lugubri fletu perturbes: sed si unquam antea magnos illos spiritus ac regios ostendisti, nunc praecipue attolle, & sequere parentem, qui te quidem nuptiali stola ornare non potuit, nec in thalamos ducit, sed ad sacrificium instruit, & faces non nuptiales, sed ad usum sacrificii destinatas, accendit, & invi-

ἀπτοντι, καὶ τὴν ἄμαχον ταυτηνὶ τοῦ κάλλους ἀκμήν
ἀνθ' ἱερείων προσάγοντι. ὑμεῖς δὲ ἰλήκοιτε αἱ θεοὶ τῶν
εἰρημένων, καὶ εἰ δὴ τι πρὸς τοῦ πάθους νικώμενος σὺκ
εὐαγὲς ἐφθεγξάμην, ὁ τέκνον ὁμοῦ καλεσάμενος, καὶ
τεκνοκτόνος γινόμενος.

ἰζ'. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ὁ μὲν ἐπέβαλε τῇ Χαρικλειᾷ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲν ἐπὶ τοὺς βωμοὺς καὶ τὴν
ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊάν ἐνδεικνύμενος· ἰ πλείονι δὲ αὐτὸς
περὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος, καὶ τὴν ἐπι-
τυχίαν τῶν ἐνεδρευομένων τῇ δημηγορίᾳ λόγων ἀπευ-
χόμενος. τὸ δὲ πλῆθος τῶν Αἰθίοπων ἐσείσθη πρὸς τὰ
εἰρημένα, καὶ οὐδὲ πρὸς βραχὺ τῆς Χαρικλειᾶς ἀγο-
μένης ἀνασχόμενοι, μέγα τι καὶ ἀθρόον ἐξέκραγον,
Σῶζε τὴν κόρην ἀναβοῶντες, σῶζε τὸ βασιλείον αἶμα,
σῶζε τὴν ὑπὸ θεῶν σωθεῖσαν. ἔχομεν τὴν χάριν. πε-
πλήρωται ἡμῖν τὸ νόμιμον. ἐγνωρίσαμεν ὡς βασιλεῖα

eam hanc pulchritudinem pro victimis offert. Vos autem,
Dii, propitii estote iis, quae dicta sunt, & si quid prae-
terea affectu victus, parum pie aut religiose sum locutus,
qui simul filiam vocarim, & interfector illius existam.

XVII. Et haec cum dixisset, iniiciebat Charicleae
manus, ducere se eam ad aras & pyram, quae desuper
erat, affimulans, & eventum verborum, quae pro con-
cione fecerat, ut se in animos audientium insinuaret, de-
precans. Multitudo autem Aethiopum concussa est ad
ea, quae dicta fuerant, & ne paullulum quidem duci Cha-
ricleam sustinens, magnum clamorem quendam & subitum
edidit, Serva virginem, vociferans: serva regium
fanguinem: serva eam, quam Dii salvam esse voluerunt.
Habemus gratiam. Impletum est nobis id, quod legibus
debeatur. Agnovimus te ut regem, agnosce te tu quo-

ἰ Πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ π.) omisso αὐτός. Totam hanc ῥῆσιν
Vatic. πλείονι δὲ πυρὶ τῷ πάθει, interpretes neglexit.

γνώριζε καὶ σὺ σαυτὸν ὡς πατέρα. ἰλήκοιεν οἱ θεοὶ τῆς δοκούσης παρανομίας· πλέον παρανομήσομεν ἀντιστάμενοι τοῖς ἐκείνων βουλήμασι. μηδεὶς ἀναιρείτω τὴν ὑπ' ἐκείνων περισθεῖσαν. ὁ τοῦ δήμου πατήρ, γίγνου καὶ κατ' οἶκον πατήρ. καὶ μυρίας ἐπὶ τούτοις καὶ ὁμοίας φωνὰς ἰέντες, τέλος καὶ ἔργῳ τὸ κωλύειν ἐπεδείκνυντο, προϊστάμενοί τε καὶ ἀντιστάμενοι, καὶ διὰ τῶν ἄλλων θυσιαῶν ἰλάσκεσθαι τὸ θεῖον αἰτοῦντες. ὁ δὲ Ὑδάσπης ἐκῶν τε καὶ χαίρων προσέτετο τὴν ἦτταν, τὴν εὐκτὴν ταυτηνὶ βίαν ἀνθαίρετος ὑπομένων, καὶ τοὺς δήμους ἐπαλλήλοις ταῖς ἐκβοήσεσι χρονιώτερον ἐντροφῶντας, καὶ ταῖς εὐφημίαις ἀγερωχότερον ἐπιτεκτιρῶντας ὄρων, τοῖς μὲν ἐμφορηθῆναι τῆς ἡδονῆς ἐνεδίδου, κατασταλῆναί ποτε πρὸς ἡσυχίαν ἐκόντας ἀναμένων.

ἠ΄. Αὐτὸς δὲ πλησιαίτερον τῇ Χαρικλεῖα παραστὰς, Ὡ Φιλτάτη, ἔλεγεν, ἐμὴν μὲν εἶναί σε θυγατέρα, τά

que ut patrem: propitii sint Dii huic, ut videtur, delicto. Magis peccabimus, resistentes illorum voluntati. Nemo interficiat ab illis conservatam. Qui es pater populi, esto & domi tuae pater. Et sexcentas ad haec, & his similes voces, proferebant. Ad extremum, & re ipsa se prohibere declarabant, opposcentes se & obsistentes, ac aliis sacrificiis placari numen postulantes. Hydaspes autem ultro & laetus patiebatur se hac in parte superari, optatam hanc vim sponte sustinens: & populum continuis exclamationibus diutius indulgentem, & gratulationibus insolentius lascivientem videns, huic quidem voluptate se implendi facultatem dedit, exspectans, ut aliquando sua sponte conquiesceret.

XVIII. Ceterum cum proxime Charicleam adstitisset, Carissima, dicebat, quod tu quidem mea sis filia, tum

τε γνωρίσματα ἐμήνυσε, καὶ ὁ σοφὸς Σισιμίθρης ἐμαρ-
 τύρησε, καὶ τὸ τῶν θεῶν εὐμενὲς πρὸ πάντων ἀνέδειξε.
 ἀλλ' οὐτοσί τις ποτέ ἐστιν ὁ σοὶ μὲν ἅμα συλληθεῖς,
¹ [καὶ εἰς τὰς ἐπινικίους σπονδὰς τοῖς θεοῖς Φυλαχ-
 θεῖς] νυνὶ δὲ τοῖς βαμοῖς εἰς τὴν ἱεουργίαν προσιδρυμέ-
 νος; ἢ πῶς αὐτὸν ἀδελφὸν ἀνόμαζες, ὅτε μοὶ τὸ πρῶ-
 τον κατὰ τὴν Συήνην προσήχθητε; οὐ γὰρ δήπου καὶ
 αὐτὸς ἡμέτερος υἱὸς εὐρεθήσεται. ἅπαξ γὰρ Περσίνα
 καὶ σε μόνην ἐκυφόρησε. καὶ ἡ Χαρίκλεια σὺν ἐρυθή-
 ματι κάτω νεύσασα, τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐψευσάμην, ἔφη,
 τῆς χρείας τὸ πλάσμα συνθείσης. ὅστις δὲ ἐστὶν ἀλη-
 θῶς, αὐτὸς ἀν λέγοι βέλτιον ἀνὴρ τε γὰρ ἐστὶ, καὶ εὐ-
 βαρσέστερον ἐμοῦ τῆς γυναικὸς ἐξαγορεύειν οὐκ αἰσχυν-
 θήσεται. καὶ ὁ Ὑδάσπης μὴ συμβαλὼν τὸν νοῦν τῶν
 εἰρημένων, Σύγγνωθι, ἔφη, θυγάτριον, κατερυθρίασα-
 σα δι' ἡμᾶς παρθερικῆς αἰδοῦς ἀνοίκειον πεῦσιν ὑπερ-

indicia ostenderunt, tum sapiens Sifimithres testatus est,
 & ante omnia Deorum benevolentia declaravit. Sed iste
 quis tandem est, qui una tecum captus, nunc aris, ut
 maeteretur, admotus est? aut quomodo illum fratrem no-
 minabas, quando in conspectum meum Syenae primum
 adducti estis? Neque enim utique & ipse filius noster ef-
 fe reperietur. Semel enim Persina, & te solam, enixa est.
 Chariclea autem, humi defixis oculis, cum rubore, Fra-
 trem quidem, inquit, eum esse mentita sum, necessitate
 commentum suppeditante. Qui autem sit revera, ipse
 melius exponet. Vir enim est, & confidentius me mu-
 liere narrare non reverebitur. Hydaspes autem cum non
 intellexisset sententiam dictorum, Da, inquit, veniam,
 filiola, quae per nos rubore suffusa es, alienam a vir-
 ginali pudore quaestionem de adolescente tibi proponen-

¹ Καὶ εἰς τὰς ἐπινικίους σπονδὰς a Commel. Bas. ea non agnoscit,
 --φυλαχθεῖς) Addita haec e libris quae mox legit προσιδρυόμενος.

νεανίου σοὶ προσαγαγόντας. ἀλλὰ σὺ μὲν κατὰ τὴν σκιην ἅμα τῇ μητρὶ κάθησο, ἐνευφραίνεσθαι τε παρέχουσα πλέον ἢ ὅτε σε ἔτικτεν ὠδινούση, τὴν ἐπὶ σοὶ τὸ παρὸν ἀπόλαυσιν, καὶ τοῖς κατὰ σαυτὴν διηγήμασι παρηγοροῦσα. ἡμῖν δὲ ἰ τῶν ἱερείων μελήσει τῆς ἀντί σου σφαιγιασθησομένης, ἅμα τῷ νεανία παντοίως εἶ τινα εὔρομεν ἀνταξίαν ἐπιλεχθείσης.

ιδ'. Καὶ ἡ Χαρίκλεια μικροῦ μὲν καὶ ἐξωλόλυξε, πρὸς τὴν δῆλωσιν τῆς τοῦ νεανίου σφαιγῆς ἐντραχυνθείσα· μόγις δ' οὖν τὸ συμφέρον τιθεμένη πρὸς τὸ ἐκμανέν τοῦ πάθους διὰ τὸ χρεῖῳδες ἐγκαρτερῆσαι βιασαμένη, πάλιν ὑφεῖρπε τὸν σκοπόν. καὶ, Ὡ δέσποτα, ἔλεγεν, ἀλλ' οὐδὲ κόρη μὲν ἴσως ἔτι ἐχρῆν σε ἐπιζητεῖν, ἀπαξ τοῦ δήμου τὸ ἱερεῖον τὸ θῆλυ δὲ ἐμοῦ συχωρήσαντος. εἰδ' οὖν προσφιλονεικοῖη τις, ἄρτιον καὶ ἐξ ἑκατέρου γένους ἐπιτελεῖσθαι [τὴν ἱεουργίαν,] ὦρα

tes. Sed tu quidem in tabernaculo una cum matre fede, maiorem laetitiam illi nunc afferens, quam cum te peperit, & aegram animo, tuae praesentiae frustu, & de tuis rebus narratione consolans. Nobis autem sacrificia curae erunt, delecta omnino ea, si quam invenerimus idoneam, quae pro te una cum adolescente maestetur.

XIX. Chariclea vero parum abfuit, quin eiulatum ederet, significatione maestationis adolescentis commotā: vix tamen, utilitati serviens, furibundo affectu necessitate postulante represso & cohibito, rursus occulte adrepebat ad scopum, &, O domine, dicebat, sed neque puellam fortasse te amplius inquirere oportuit, cum tibi femel populus feminei sexus victimam per me remiserit. Quod si quis contendat, par, & ex utroque sexu fa-

ἰ Τῶν ἱερείων μελήσει τῆς ἀντί σου σφαιγιασθησομένης) Prave an-
tea, μελήσει & σφαιγιασθησομένης. Quod utrumque vitium sublatum
ope Cod. Taur.

σοὶ μὴ κόρην μόνην, ἀλλὰ καὶ νεανίαν ἄλλαν ἐπιζη-
τεῖν· ἢ μὴ τοῦτο ποιοῦντα μηδὲ κόρην ἄλλην, ἀλλ' ἐμὲ
πάλιν σφραγιάζειν. τῷ δὲ, ΕὐΦήμησεν, εἰπόντος, καὶ
τὴν αἰτίαν, διότι τοῦτο λέγει, πυνθανομένου· Ὅτι,
ἔφη, καὶ ἐμοὶ ζῶντι συζῆν, καὶ θνήσκοντι συντεβῆναι
τῷ ἀνδρὶ τῷδε πρὸς τοῦ δαιμόνιου καθείμαρται.

κ'. Πρὸς ταῦτα ὁ Ὑδάσπης, οὕτω τῶν ὄντων ἐπή-
βολος γιγνόμενος, Ἐπαινῶ μὲν σε τῆς Φιλανθρωπίας,
ὦ θύγατερ, ἔφη, ξένον καὶ Ἑλληνα καὶ ἡλικα καὶ
συναιχμάλωτον, καὶ συνήθειαν πρὸς σε τὴν ἐκ τῆς ἐκ-
δημίας κεκτημένον, χρηστῶς κατελευῶσαν, καὶ περι-
σώζειν ἐπιουῶσαν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν [ἐκεῖνος]
ἐξαιρεθείη τῆς ἱερουργίας. ἄλλως τε γὰρ οὐκ εὐαγὲς
παντάπασι περιγραφεῖναι τὸ πάτριον τῆς τῶν ἐπι-
κίων θυσίας· καὶ ἅμα οὐδ' ἂν ὁ δῆμος ἀνάσχοιτο,
μόλις καὶ πρὸς τὴν ἐπί σοι συγχώρησιν θεῶν εὐμενεῖα

crificandum esse, non puella tantum, sed & adolescens
alius tibi inquirendus est: aut nisi hoc feceris, nec puel-
la alia, sed ego iterum maestanda sum. Dii meliora, sub-
iiciente, & causam, quamobrem hoc diceret, quaerente;
Quod, inquit, & cum vivo hoc viro, me vivere, &
cum moriente, una mori divinitus est constitutum.

XX. Ad haec Hydaspes, cum nondum rem ipsam con-
iiceret, Laudo quidem, inquit, tuam hanc humanitatem,
filia, quae peregrinum, & Graecum, & aequalem, una-
que captum, & cui tecum familiaritas ex peregrinatione
intercefferit, officiose miserearis, & servare cogites. Sed
haudquaquam eximi potest sacrificio: alioqui nec pietas
& religio patitur, ut omnino circumscribatur patrium
institutum, de sacrificio ob victoriam partam faciendo.
Deinde nec populus ferret, qui vix, ut tibi veniam daret,

κινήθεις. ἡ δὲ οὖν Χαρίκλεια, ὦ βασιλεῦ, ἔφη, πά-
 τερά γάρ σε καλεῖν τάχα οὐκ ἐγγίνεται, εἰ μὲν δὲ
 θεῶν εὐμενεῖα σώμα τούμῳν περισέσωσται, τῆς αὐτῆς
 ἂν γένοιτο εὐμενεῖας, καὶ τὴν ἐμὴν ἐμοὶ περισῶσαι
 ψυχὴν, ἣν ἀληθῶς εἶναί μοι ψυχὴν ἐπικλώσαντες ἴσα-
 σιν. εἰ δὲ τοῦτο ἀβούλητον Μοίραις εὐρίσκοιτο, καὶ δεή-
 σει πάντως τὰ ἱερεῖα κοσμηῆσαι σφαγιασθέντα τὸν
 ξένον, ἐν γοῦν μοι χαρίσασθαι νεύσον· αὐτὴν με κέ-
 λευσον αὐτουργῆσαι τὸ θῦμα, καὶ τὸ ξίφος ὡς κει-
 μήλιον δεξαμένην, περίβλεπτον ἐπ' ἀνδρεία παρ' Αἰ-
 θίοψιν¹ ἀναχθῆναι.

καί. Διαταραχθεῖς δὲ πρὸς ταῦτα ὁ Ὑδάσπης,
 Ἄλλ' οὐ συνίημι μὲν, ἔφη, τὴν πρὸς ἐναντία σου τῆς
 γνώμης μεταβολὴν· ἀρτίως μὲν ὑπερασπίζειν τοῦ ξέ-
 νου πειρωμένης, νυνὶ δὲ ὡς πολεμίου τινὸς αὐτόχειρα

Deorum clementia permotus est. Chariclea igitur, O rex,
 inquit, patrem enim te appellare fortasse non licet: si-
 quidem Deorum clementia corpus meum servatum est,
 eiusdem sit clementiae, meam quoque servare animam,
 quam vere mihi esse animam, ii, qui hoc fatali quadam
 necessitate sanxerunt, sciunt. Sin hoc irrettractabile Par-
 cis inventum fuerit, & oportebit omnino exornare fa-
 crificium, maectatum peregrinum, unum tantum te mihi
 largiturum esse promitte. Ipsam me iube maectare victi-
 mam, & gladio tanquam carissimo quodam & pretiosis-
 simo accepto pignore, conspicuam apud Aethiopes for-
 titudinis gloria effici.

XXI. Perturbatus hisce Hydaspes, Sed non intelligo,
 inquit, hanc tuae mentis in contrariam sententiam mu-
 tationem, quae nuper defendere peregrinum conabar, nunc
 autem non fecus ac hostem aliquem, manu tua tol-

¹ Ἀναχθῆναι) Mire placet Xylandrei Codicis lectio ἀναδειχθῆναι.
 Sed & vulgata satis proba.

[γενέσθαι] παρακαλούσης. ἀλλ' οὐδὲ σεμνόν τι καὶ ἐπίδοξον, ὅσαγε πρὸς σε καὶ τὴν σὴν ἡλικίαν, ἐνορῶ τῇ πράξει. καὶ τούτου δὲ ὄντος, τὸ δυνατόν οὐκ ἔστι μό-
κοις γὰρ τοῖς ἱερωμένοις τῷ τε Ἡλίῳ καὶ τῇ Σεληναίᾳ
πρὸς τῶν πατρίων ἀποκεκληρωταὶ ἤδη πρᾶξις· καὶ τού-
τοις οὐ τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ τοῦ μὲν, γυναικί τῆς τε,
ἀνδρὶ συνοικουσίης· ὥστε ἡ κατά σε παρθενία κωλύει
τὴν οὐκ οἶδ' ὅπως γιγνομένην αἰτίαν. Ἀλλὰ τούτου γε
ἔνεκεν οὐδὲν ἐμπόδιον, ἔφη ἡ Χαρίκλεια, λάθρα καὶ
παρὰ τὸ οὖς τῇ Περσίνῃ προκύψασα· ἔστι γὰρ καὶ μοι,
μητέρα, ὁ τὸ ὄνομα τοῦτο πληρῶν, εἰ καὶ ὑμεῖς βουλη-
θεῖητε. Βουλησόμεθα, εἶπεν ἡ Περσὶνα μειδιάσασα,
καὶ αὐτίκα μάλα ἐκδώσομεν, θεῶν νεόντων, σοῦ τε
καὶ ἡμῶν ἄξιον ἐπιλεξάμενοι. καὶ ἡ Χαρίκλεια γε-
γωνότερον, Οὐδὲν δεῖ ἐπιλέγειν, ἔφη, τὸν ὄντα ἤδη.

lere expetis ac postulas. Atqui neque honesti quidquam, aut gloriosi, quod ad te aetatemque tuam attinet, in actione ista inesse video. Verum fac esse: facultas tamen deest. Solis enim sacerdotio Solis & Lunae fungentibus, patriis institutis datum est hoc negotium: nec iis quibuscunque, sed illi quidem, uxori; huic autem, viro cohabitanti. Quod cum ita sit, tua virginitas impedit hanc, quae unde oriatur haud scio, petitionem. Enimvero hac de causa nullum est impedimentum, inquit Chariclea, pressa voce, & ad aurem Persinae se inclinans: est enim & mihi, mater, is, qui nomen hoc implet, si quidem id vestra voluntas feret. Feret, inquit Persina, arridens leniter: & statim te elocabimus, Diis annuentibus, ei, quem te & nobis dignum elegerimus. Chariclea autem clarius, Nihil opus est, inquit, eligere eum, qui iam est.

κβ'. Καὶ λέγειν τι Φανερώτερον μελλούσης, (ἰ τολμᾶ γὰρ τὸ κατεπεῖγον, καὶ τὴν αἰδῶ τὴν παρθένιον παρορᾶν, τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς ὀρώμενον τοῦ κινδύνου τῷ Θεαγένει κατηνάγκαζεν,) οὐκ ἔτι κατασχὼν ὁ Ὑδάσπης, ὦ θεοὶ, ἔφη, ὡς κακὰ τοῖς καλοῖς εἰοικατε μιγνύναι, καὶ τὴν ἀπ' ἐλπίδος μαι δωρηθεῖσαν πρὸς [ὑμῶν] εὐδαιμονίαν, τὸ μέρος κωλύειν. θυγατέρα μὲν ἀπροσδόκητον, ἀλλὰ παράφρονά πως ἀναδείξαντες. πῶς γὰρ οὐ παραπλήγος τὸ νόημα, τῆς ἀλλόκοτα ῥήματα προειμένης; ἀδελφὸν ὠνόμαζε τὸν μὴ ὄντα τὸν ὄντα ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος ἐρωτωμένη, ἀγνοεῖν ἔλεγεν. αὐθις ἐζήτει περισώζεσθαι ὡς φίλον, τὸν ἀγνοούμενον. ἀδύνατον εἶναι μαθοῦσα τὴν αἴτησιν, αὐτὴ καταβύειν ὡσανεὶ πολέμιώτατον ἰκέτευε. καὶ τοῦτο ὡς οὐ θέμιτον λεγόντων, μιᾶ μόνῃ καὶ ταύτῃ ὑπάνδρῳ τῆς τοιαύτης θυ-

XXII. Cumque iam quidpiam planius dictura esset, (addebat enim audaciam imminens periculum Theageni, ac ob oculos versans, & pudorem virginæ seponere ac negligere cogebat) non amplius ferens Hydaspes, O Dii, inquit, quam mala bonis miscere videmini, & præter spem a vobis mihi donatam felicitatem aliqua ex parte impedire! qui mihi filiam non expectatam quidem, sed amentem quodammodo, ostendistis. An non enim fatuæ mens esse declaratur in ea, quæ absurdas voces edit? Fratrem nominabat eum, qui non erat. De peregrino, qui adest præsens, quisnam esset, cum interrogaretur, ignorare se dicebat. Rursus studebat servare tanquam amicum eum, quem non norat. Cum se obtinere non posse petitionem intellexisset, ut ipsa mactaret tanquam inimicissimum, obsecrabat. At cum neque hoc facere fas esse diceremus, uni tantum, & ei con-

ἰ Τολμᾶ γὰρ τὸ κατεπεῖγον, καὶ τὴν αἰδῶ τὴν παρθένιον παρορᾶν) Pro τολμᾶ Xyl. cōni. τολμᾶν. Προρᾶν habet Baf. & περιρᾶν Xyl.

σίας καθωσιωμένης, ἄνδρα ἔχειν ἐμοθαίνει, τὸν τίνα οὐ
 προστιθεῖσα. πῶς γὰρ τόν γε μηδὲ ὄντα, μηδὲ γεγε-
 νῆσθαι αὐτῇ διὰ τῆς ἐσχάρας ἀποδειχθέντα; εἰ μὴ
 ἄρα παρὰ ταύτη μόνῃ ψεύδεται μὲν τὸ παρ' Αἰθίοψιν
 ἀψευδὲς τῶν καθαρευόντων πειρατήριον, καὶ ἐπιβᾶσαν
 ἄφλεκτον ἀποπέμπεται, καὶ παρβενεύειν, νόθως χα-
 ρίζεται· μόνῃ δὲ ἔξεστι Φίλους καὶ πολεμίους τοὺς αὐ-
 τοὺς ἐν ἀκαρεῖ καταλέγειν· ἀδελφοὺς δὲ καὶ ἄνδρας
 τοὺς μὴ ὄντας ἀναπλάττειν. ὥστε, ὦ γύναι, σὺ μὲν εἰς
 τὴν σκηρὴν εἰσιθι, καὶ ταύτην κατὰστελλε πρὸς τὸ νη-
 Φάλεον, εἴτε ὑπὸ ταυ Θεῶν τοῖς ἱερείοις ἐπιφοιτήσαντος
 ἐκβακχευομένην, εἴτε καὶ δι' ὑπερβολὴν χαρᾶς τῶν
 ἀνελπίστως εὐτυχηθέντων, τὸν νοῦν παραφερομένην.
 ἐγὼ δὲ τὴν Ὀσειλῦσαν τοῖς Θεοῖς ἀντὶ τῆσδε σφαγια-
 σθῆναι, καὶ ζητεῖν¹ καὶ ἀνευρεῖν τινι προστάξας,

iugi, tali sacrificio nuncupato; virum se habere prae-
 texit, non addens quem. Quomodo enim eum habere
 possit, quem neque esse, neque fuisse illi unquam, per
 focum constiterit? Nisi forte in hac sola fallit, id, quod
 apud Aethiopes haudquaquam fallax est, castorum ex-
 perimentum, & cum conscendisset, non adustam remit-
 tit, ac, ut adulterinā virginitate se venditet, largitur: de-
 nique foli licet amicos & hostes eisdem puncto tempo-
 ris habere, & fratres ac viros, qui non sunt, fingere.
 Quamobrem, uxor, tu quidem tabernaculum ingredi, &
 hanc ad sobrietatem revoca, quae aut a Deo, qui ad
 sacrificia venit, in furorem concitatur; aut prae ni-
 mia laetitia ob successum insperatum, mente aberrat.
 Ego autem cum eam, quae Diis pro hac mactari debet,
 & inquiri & inveniri a quodam iusserim, tantisper, dum

1 Καὶ ἀνευρεῖν) Palat. ἀνευρεῖν.

ἕως ἂν τοῦτο γίγηται, εἰς τὸ χρηματίσαι ταῖς ἐκ τῶν ἐθνῶν ἠκούσαις πρεσβείαις, καὶ δῶρα τὰ ἐπὶ τοῖς ἐπικυίοις προσκομιζόμενα παρ' αὐτῶν ὑποδέξασθαι, τρέψομαι. καὶ ταῦτα εἰπὼν, τῆς τε σκηνῆς πλησίον ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθίσας, ἤκειν τοὺς πρεσβευτὰς, καὶ εἴ τινα ἐπικομίζοιντο δῶρα, προσάγειν ἐκέλευεν. ὁ δὲ οὖν εἰσαγγελεὺς Ἀρμονίας, εἰ πάντας [ἅμα] ἢ ἐν μέρει καὶ ἔθνους ἐκάστου κεκριμένους, καὶ δὴ εἰ καὶ ἰδίᾳ προσάγειν κελεύοι διηρώτα.

κγ'. Τοῦ δὲ ἐν τάξει καὶ διηρημένως εἰπόντος, ὡς ἂν καὶ τῆς πρὸς ἀξίαν ἕκαστος μεταλαμβάνοι τιμῆς· πάλιν ὁ εἰσαγγελεὺς, Οὐκοῦν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, πρῶτος ἀδελφοῦ τοῦ σοῦ παῖς ἕξει Μερὸβος, ἀρτίως μὲν ἕκων, ἀπαγγελθῆναι δὲ ἑαυτὸν πρὸ τῆς παρεμβολῆς ἀναμένων. εἶτα, Ὡς θῆσται καὶ ἡλίθιε, πρὸς αὐτὸν ὁ Ὑδάσπης, οὐ παραχρῆμα ἐμήνυες, οὐ πρεσβευτὴν ἀλ-

hoc fit, ad danda responsa legationibus, quae a gentibus veniunt, & dona, quae ad gratulationem, ob victoriam partam declarandam, afferuntur, vertar. Haec ut dixit, prope tabernaculum in edito loco confidens, venire legatos, & si quae afferrent dona, adducere iubebat. Internuntius igitur Harmonias, Utrum omnes sine discrimine, an ordine & ex unaquaque gente delectos, denique si seorsim adducere iuberet, percontabatur.

XXIII. Hic autem cum ordine & distincte dixisset, ut etiam singuli pro dignitate honorem consequantur; rursus internuntius, Igitur, inquit, rex, primus fratris tui filius Meroebus veniet, qui nuper quidem advenit, sed, ut prius denuntietur, ante septum & coronam militum, qua cincti sumus, expectat. Cur autem, stupidissime & fatue, ad illum Hydaspes, non statim indicasti? cum nou

λὰ βασιλέα τὸν ἀφιγμένον ἐπιστάμενος, καὶ τοῦτον
 ἀδελφοῦ παῖδα τοῦ ἐμοῦ, τελευτήσαντος μὲν οὐ πρὸ
 πολλοῦ, πρὸς ἐμοῦ δὲ εἰς τὸν ἐκείνου θρόνον ἐνιδρυθέντα,
 καὶ ἀντὶ παιδὸς ἐμοὶ γιγνόμενον. Ἐγίνωσκον ταῦτα, εἶ-
 πεν, ᾧ δέσποτα, ὁ Ἀρμονίας. ἀλλὰ καιροῦ στοχάζε-
 σθαι πρὸ πάντων ἐγίνωσκον, πράγματος τοῖς εἰσαγ-
 γελεύσιν, εἴπερ τις ἄλλου, δεόμενον προνοίας. σύγ-
 γνωθὶ οὖν εἰ πρὸς τὰς βασιλίδας σε κοινολογούμενον,
 ἀπασχολῆσαι τῶν ἡδίστων ἐφυλαξάμην. Ἄλλοι νῦν
 γοῦν ἰκέτω, τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ἀπέτρεχέ τε ὁ
 προσταχθεὶς καὶ αὐτίκα ἐπανήει μετὰ τοῦ προσταγ-
 ματος. καὶ ᾤσθη ὁ Μερόμβος, ἀξιοπρεπές τι νεανίου
 χρῆμα τὴν μὲν ἡλικίαν ἄρτι τὸν μείρακα παραλλάτ-
 των, δέκα δὲ ἐτῶν πρὸς ἐβδομάδι πληρῶν, μεγέθει δὲ
 τοὺς παρόντας σχεδὸν ἅπαντας ὑπερκύπτων· λαμ-
 προῦ μὲν δορυφορήματος ὑπατπιστῶν προπομπεύοντος·

legatum, sed regem eum, qui advenisset, esse scires, &
 quidem fratris mei non ita pridem mortui filium, & a me
 in illius throno collocatum, atque adeo adoptione filium
 meum constitutum? Sciebam, inquit, domine, Harmo-
 nias. Sed ante omnia occasionem captandam esse statue-
 bam, cum, si ulla re alia internuntiis, inprimis ratione
 considerationeque temporum sit opus. Dabis igitur mihi
 veniam, quod te, cum reginis colloquentem, avocare a
 suavissimo sermone sum veritus. Nunc itaque veniat, ut
 dixit rex, recurrebat, quemadmodum erat illi impera-
 tum: & statim redibat cum eo, quod iniunctum fuerat.
 Venitque in conspectum Meroebus, conspicuus quidem
 iuvenis, tum primum autem adolescentium aetatem egre-
 diens, cum decem & septem annos impleret; procerita-
 te autem supra omnes propemodum, qui aderant, emi-
 nens: conspicuo supiatorum comitatu illum deducente;

τοῦ δὲ περιεστῶτος Αἰθιοπικοῦ στρατοῦ θαυμασμῶ τε ἅμα καὶ σεβασμῶ πρὸς τὸ ἀκάλυτον τὴν πάροδον διαστέλλοντος.

κδ'. Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Ὑδάσπης ἐπὶ τῆς καθέορας ἐκαρτέρησεν ἄλλ' ὑπήντα τε, καὶ μετὰ πατρικῆς τῆς Οἰλοφροσύνης περιπτυξάμενος, πλησίον τε ἑαυτῶ καθ-
 ἰδρυσε, καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβαλὼν, Εἰς καιρὸν ἤκει, ἔλεγεν, ᾧ παῖ, τά τε ἐπινίκια συνεορτάσων, καὶ τὰ γαμήλια θύσων. οἱ γὰρ πατρῶοι καὶ γενάρχαι θεοὶ τε καὶ ἥρωες, ἡμῖν μὲν θυγατέρα, σοὶ δὲ νύμφην, ὡς ἔοικεν, ἔξευρήκασιν. ἀλλὰ τοῖς τελειότεροις αὖθις ἀκου-
 σόμενος, εἴ τι μὲν βούλει χρηματίσαι τῷ ἔθνει τῆς ὑπό σοι βασιλείας, ἀνάγγελλε. ὁ δὲ Μερσῆβος πρὸς τὴν ἀκοὴν τῆς νύμφης, ὑφ' ἡδονῆς τε ἅμα καὶ αἰδοῦς, οὐδὲ ἐν μελαίνῃ τῇ χροίᾳ διέλαθε Φοινιχθεῖς, οἶονεὶ πρὸς αἰθάλην τοῦ ἐρυθήματος ἐπιδραμόντος. καὶ μικρὸν ἐφη-

Aethiopico vero exercitu, qui circumstabat, cum admiratione simul & veneratione viam ad illius adventum sine ullo impedimento patefaciente.

XXIV. Ceterum neque Hydaspes in folio mansit, sed obviam progrediebatur: & cum paterna comitate eum complexus, prope se collocavit, iunctaque dextra, Opportune venis, fili, dicebat, solemne sacrificium ob victoriam partam una facturus, & nuptialia sacra celebraturus. Siquidem paterni Dii, generisque nostri auctores, & heroës, filiam quidem nobis, tibi vero sponsam, ut videtur, invenerunt. Enimvero arcana auditurus postea, nunc, si quid forte agere vis cum gente, quae tuo regno subiecta est, indica. Meroebus autem, audita sponsae mentione, prae voluptate simul & pudore, ne in nigro quidem colore celare potuit, quod erubisset, tanquam ad fuliginem rubore accurrente: parvoque spatio intermis-

συχάσας, Οἱ μὲν ἄλλοι, ἔφη, ὦ πάτερ, τῶν ἠκόντων
 πρεσβέων τοῖς ἐκ τῆς ἑαυτῶν ἑξαιρέτοις ἕκαστος τὴν
 σὴν περίβλεπτον νίκην στέφοντες ξενιοῦσιν· ἐγὼ δὲ σε
 τὸν ἐν πολέμοις γεννάδα τε καὶ ἀριστεία διαφανέντα,
 προσφέρω τε καὶ ἀπὸ τῶν ὁμοίων δωρήσασθαι δικαιο-
 σας, ἄνδρα σοὶ προσκομίζω, πολέμων μὲν καὶ αἰμά-
 των ἀθλητὴν ἀνανταγώνιστον· πάλιν δὲ καὶ πυγμὴν
 τὴν ἐν κόνει καὶ σταδίοις ἀνυπόστατον. καὶ ἅμα νεύ-
 σας ἤκειν ὑπεδείκνυ τὸν ἄνδρα.

κέ. Καὶ ὃς προσελθὼν εἰς μέσους, προσεκύνει τὸν
 Ὑδάσπην, τοσοῦτός τις τὸ μέγεθος, καὶ οὕτως ὠγύ-
 γιος ἄνθρωπος, ὥστε τὸ γόνυ τοῦ βασιλέως Φιλῶν,
 μικροῦ Φαινῆναι τοῖς ἐφ' ὑψηλοῦ προκαθημένοις ἑξισού-
 μενος. καὶ μηδὲ τὸ κελευσθῆναι ἀναμεινάς, τὴν ἐσθῆ-
 τα ἀποδύς, γυμνὸς εἰστήκει, πάντα τὸν βουλόμενον

so, Alii quidem, inquit, pater, legati, qui adveniunt,
 praecipuis rebus ex sua quisque regione, tuam praecla-
 ram victoriam ornantes, te munerabuntur. Ego vero te,
 qui strenuus in bellis exstitisti, & maximis rebus geren-
 dis praecipuam virtutem declarasti, cum convenienti &
 simili donario munerandum esse aequum iudicarem, vi-
 rum tibi offero, gladiatorem in bellis, & sanguine adeo
 exercitatum, ut neminem sit habiturus, qui se illi op-
 ponere possit; lucta autem & caestuum pugna in arena
 & stadiis adeo validum, ut illius robur a nemine susti-
 neri queat. Et simul innuens, ut veniret vir, significabat.

XXV. Ille autem progressus in medium, adorabat Hy-
 daspem, tanta proceritate, & prisca illa statura homo,
 ut, cum genu regis oscularetur, propemodum eos, qui in
 alto loco sedebant, adaequare videretur. Et ne imperio
 quidem expectato, exuta veste nudus stetit, omnem,

ὄπλων τε καὶ γυμνῶν χειρῶν εἰς ἀμίλλαν προκαλού-
 μενος. ὡς δὲ οὐδείς παρήει, πολλάκις διὰ κήρυκος τοῦ
 βασιλέως προτρεψαμένου, Δοθήσεται σοι ἔφη καὶ παρ'
 ἡμῶν ὁ Ὑδάσπης ἰσοστάσιον τὸ ἔπαθλον. καὶ εἰπὼν,
 ἐλέφαντα πολυετῆ καὶ παμμεγέθη προσκομισθῆναι
 αὐτῷ προσέταπεν. ὡς δὲ ἤχθη τὸ ζῶον, ὁ μὲν ὑπεδέ-
 χετο ἄσμενος ὁ δῆμος δὲ ἀθρόον ἔξεβάκχευσε, τῷ
 ἀστεϊσμῷ τοῦ βασιλέως ἠσθύντες, καὶ τὴν δόξασαν
 αὐτοῖς ὑποκατάκλησιν τῷ ἐπιτωθασμῷ τῆς κατ' ἐκεί-
 νου μεγαλαυχίας παρηγορηθέντες. μετὰ τοῦτον καὶ οἱ
 Σηρῶν προσήγοντο πρεσβευταὶ, τῶν παρ' αὐτοῖς ἀρα-
 χνίων νήματα καὶ ὑφάσματα, τὴν μὲν Φοινικοβαζῆν,
 τὴν δὲ λευκοτάτην ἐσθῆτα προσκομίζοντες.

κατ'. Καὶ τούτων τῶν δῶρων ὑποδεχθέντων, καὶ
 ἀφειθῆναι αὐτοῖς τῶν πάλαι τινας ἐν δεσμοτηρίῳ κα-

qui vellet, seu cum armis, seu nudis manibus, ad certa-
 men provocans. Cum autem nemo progredereetur, quam-
 vis rex saepius per praeconem denuntiaffet ac edixisset;
 Hydaspes, Dabitur, inquit, tibi quoque a nobis aequale
 praemium. Et cum dixisset, elephantem multorum anno-
 rum, & insignis magnitudinis, offerri ipsi iussit. Postquam
 autem adductum est animal, ille quidem accipiebat lu-
 bens. At populus subito concitus, miros risus edidit, ur-
 banitate regis delectatus, & post submissionem ac de-
 decus, ut videbatur, ex irrisione ipsius iactantiae sola-
 tium capiens. Post hunc & Serum adducebantur legati,
 araneorum, qui sunt apud illos, stamina & texturas,
 vestem alteram purpureo colore tinctam, alteram can-
 didissimam afferentes.

XXVI. His donis receptis, cum, ut dimitterentur illis
 quidam, qui iam pridem damnati in carcere detineban-

ἰ Ἐξεβάκχευσε) Ita Palat. Prae- Vat. lectionem, ἐξεκάχχευσε. Ego
 ferendam huic Commelinus putat nihil mutaverim.

τακρίτων ἀξιωσάντων, ἐπινεύσαντος τοῦ βασιλέως· οἱ Ἀράβων τῶν εὐδαιμόνων προσήεσαν, καὶ Φύλλου τε τοῦ θυάδου, καὶ κάδας, καὶ κινναμώμου, καὶ τῶν ἄλλων αἷς ἢ Ἀράβια γῆ μυρίζεται, ἐκ πολλῶν ταλάντων ἐκάστου τὸν τόπον εὐωδίας ἐμπλήσαντες· παρήσαν μετὰ τούτους οἱ ἐκ τῆς Τρωγλοδυτικῆς, χρυσόν τε τὸν μυρμηκίαν, καὶ γρυπῶν ξυναρίδα χρυσαῖς ἀλύτῃσιν ἠνιοχουμένην προσκομίζοντες. [ἐπὶ τούτοις] ἡ Βλεμμύων παρήει πρεσβεία, τόξα τε καὶ βελῶν ἀκίδας ἐκ δρακοντείων ὀστέων εἰς στέφανον διαπλέξασα· καὶ, Ταῦτά σοι, ἔλεγεν, ὦ βασιλεῦ, τὰ παρ' ἡμῶν δῶρα, πλούτου μὲν τοῦ παρὰ τῶν ἄλλων λειπόμενα, παρὰ δὲ τὸν ποταμὸν ὑπό σοι μάρτυρι κατὰ Περσῶν εὐδοκίμησαντα. Πολυτελέστερα μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ὑδάσπης, τῶν πολυταλάντων ξενίων· ἅ γε καὶ τὰ ἄλλα νυνὶ μοι προσκομίζεσθαι γέγονεν αἷτια. καὶ ἅμα εἶτε

tur, petissent, & rex annuisset: Arabum felicium legati accedebant, & folii odoriferi, & stoechadis, & cinnamomi, & aliorum aromatum, quae Arabia fert, dona multorum talentorum ex quolibet genere offerebant, odore fragrantissimo locum implentes. Aderant post hos ex Troglodytica regione, aurum formicinum, & gryporum iugum, quod aureis habenis regebatur, offerentes. Deinde Blemmyum adveniebat legatio, arcus & iaculorum spicula ex draconum ossibus, in coronam implicata gerens: &, Haec tibi, dicebat, o rex, a nobis afferuntur dona, divitiis quidem allatis ab aliis, inferiora, ceterum apud fluvium contra Persas, ut tu ipse testis esse potes, comprobata. Pretiosiora igitur sunt, inquit Hydaspes, quam multis talentis constantia xenia, quae, ut alia quoque nunc mihi offerantur, in causa esse dicimus: simul-

ἰ βούλοιντο ἀπαγγέλλειν ἐπέτρεπε. καὶ μειωθῆναι αὐτοῖς ἐκ τῶν Φόρων αἰτησάντων, τὸ σύμπαν εἰς δέκα ἐτῶν ἀνῆκε.

κζ'. Καὶ πάντων σχεδὸν τῶν κατὰ πρεσβείαν ἀΦιγμένων ὀφθέντων, καὶ τοῖς ἴσοις ἐκάστους καὶ Φιλοτιμοτέροις τοὺς πλείστους ἀμειψαμένου τοῦ βασιλέως, τελευταῖοι παρῆσαν οἱ Ἀξιομιτῶν πρεσβευταὶ, Φόρου μὲν οὐκ ὄντες ὑποτελεῖς, Φίλιοι δὲ ἄλλως καὶ ὑπόσπονδοι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καταρθωμένοις εὐμενὲς ἐνδεικνύμενοι, δῶρα καὶ οὔτοι προσῆγον, ἄλλα τε, καὶ δὴ ζῶου τινὸς εἶδος ἀλλοκότου τε ἅμα καὶ θαυμασίου τὴν φύσιν· μέγεθος μὲν, εἰς καμήλου μέτρον ὑψούμενον, χροίαν δὲ καὶ ἐπιδερμίδα Φολίσιν ἀνθηραῖς ἐστιγμένον. ἦν δὲ αὐτῶ τὰ μὲν ὀπίσθια καὶ μετὰ κενεῶνας χαμαιζηλά τε καὶ λεοντώδη· τὰ δὲ ὠμιαῖα καὶ πόδες

que, si quid postularent, exponere iubebat. Cumque sibi minui & allevari tributum petiissent, totum in decennium remisit.

XXVII. Post autem quam propemodum omnes, qui legatione fungebantur, in conspectum venerunt, & singulos paribus, plurimos autem amplioribus donis rex remuneratus est, ultimi aderant Axiomitarum legati: qui quidem non pendebant tributum, sed alioqui erant focii & foederati. Quamobrem de rebus prospere ac feliciter gestis gratulantes, hi quoque dona adducebant, cum alia, tum animantis cuiusdam speciem, inusitata simul & admiranda natura, magnitudine quidem instar cameli, colore autem & cute squammis floridis distincta ac maculata. Erat autem ipsi posterior pars una cum ventre humilis & leonina: porro armi & pedes anteriores &

ἰ βούλοιντο) Vatic. βούλοιστο, ut ad πρεσβείαν referatur.

πρόσθιοι καὶ στέρνα, πέρα τοῦ ἀναλόγου τῶν ἄλλων μελῶν ἐξανιστάμενα. λεπτός ὁ αὐχὴν, καὶ ἐκ μεγάλου τοῦ λοιποῦ σώματος ¹ εἰς κύκνειον Φάρυγγα μηκνόμενος. ἡ κεφαλὴ τὸ μὲν εἶδος καμηλίζουσα, τὸ δὲ μέγεθος, στρουθῶ Λιβύσσης εἰς διπλάσιον ὀλίγον ὑπερέφρουσα, καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπογεγραμμένους βλοσυρῶς σοβοῦσα. παρήλλακτο καὶ τὸ βάδισμα χερσαίου τε ζῶου καὶ ἐνὸδρου παντὸς ὑπεναντίως σαλευόμενον τῶν σκελῶν οὐκ ἐναλλάξ ἑκατέρου, καὶ παρὰ μέρος ἐπιβαίνοντος, ἀλλ' ἰδίᾳ μὲν τοῖν δυοῖν καὶ ἅμα τῶν ἐν δεξιᾷ· χωρὶς δὲ καὶ ζυγηδὸν τῶν εὐωνύμων σὺν ἑκατέρᾳ τῇ ἐπαιωρουμένῃ πλευρᾷ μετατιθεμένων. ὀλίγον δὲ οὕτως τὴν κίνησιν καὶ τίθασον, τὴν ἕξιν, ὥστε ὑπὸ λεπτῆς μηρίθου, τῇ κορυφῇ περιελιχθείσης, ἄγεσθαι πρὸς τοῦ θηροκόμου καθάπερ ἀφύκτω δεσμῶ τῶ ἐκείνου βουλήματι ὀδηγούμενον. τοῦτο Φανὲν τὸ ζῶον, τὸ μὲν πλῆ-

pectus supra proportionem aliorum membrorum erectum : gracile collum, & ex magno corpore reliquo, in tenue & subtile guttur productum : caput autem forma quidem cameli, magnitudine autem, struthii Lybici caput paullo plus quam duplo superans, & oculos tanquam pictos horribiliter versans. Immutatum etiam habuit incessum, omnino terrestri animali & aquatico contraria ratione vacillans, cruribus non permutanter, nec alternis incessibus, sed seorsum & simul duobus in dextra parte, figillarim autem & coniunctim sinistris, simul moto utroque latere sese transponentibus. Porro adeo habile ad motum, & mansuetum ac cicur, habitu ex assuefactione comparato, ut gracili funiculo vertici circumducto a magistro regeretur, tanquam inevitabile vinculum eius voluntatem ducem sequens. Hoc animal cum apparuis-

¹ Εἰς κύκνειον φάρυγγα) Βαλ. εἰς κύκειον φάρυγγα.

Θος ἅπαν ἐξέπληξε, καὶ ὄνομα τὸ εἶδος ἐλάμβανεν, ἐκ τῶν ἐπικρατεστέρων τοῦ σώματος αὐτοσχεδίως πρὸς τοῦ δήμου καμηλοπάρδαλις κατηγορηθέν· ταραχου γε μὴν τὴν πανήγυριν ἐνέπλησε.

κῆ. Γίνεται γὰρ τοι τοιοῦτον. τῶ βωμῶ τῆς μὲν Σεληναίας, παρειστήκει ταύρων ξυνωρίς· τῶ δὲ τοῦ Ἥλιου, τέτρωρον ἵππων λευκῶν εἰς τὴν ἱερουργίαν ἠντρεπισμένων. Ξένου δὴ καὶ ἀήθους, καὶ τότε πρῶτον ἀλλοκότου ζώου Φανέντος, οἰονεὶ πρὸς Φάσμα διαταραχθέντες, πτόϊας τε ἐνεπίμπλαντο· καὶ τῶν κατεχόντων τὰ δεσμὰ σπαράξαντες, τῶν τε ταύρων ἄτερος, ὁ μόνος, ὡς ἐδόκει, τὸ θηρίον κατοπτευκῶς, καὶ δύο τῶν ἵππων εἰς Συγὴν ἀκατάσχετον ὤρμησαν· διεκπεσεῖν μὲν τὸν περιβόλον τοῦ στρατοῦ μὴ δυνάμενοι, πυκνῶ τῶ συνασπισμῶ τῶν ὀπλιτῶν εἰς κύκλον τετειχισμένοι· Φερόμενοι δὲ ἀτάκτως καὶ τὸ μεσεῖον ἅπαν [δρόμοις σεσοβημένοις ἐξελίττοντες, τό τε προστυχὸν ἅπαν]

fet, multitudinem quidem totam perculit, & nomen a figura fortitum est, a praecipuis corporis partibus ex tempore a populo Camelopardalis nominatum: tumultu autem & perturbatione panegyrim implevit.

XXVIII. Accidit enim tale quiddam. Arae Lunae adstabat iugum boum; Solis autem, quadrigae equorum alborum, ad maestationem praeparatorum. Porro cum peregrinum & inusitatum, & cum primis monstrosum animal apparuisset, tanquam spectro perturbati, terrore impleti sunt, & eorum, qui tenebant, vinculis ruptis, ex tauris alter, qui solus, ut videtur, animal conspexerat, & duo equi, in fugam effusam sese concitarunt: perumpere quidem septum exercitus nequeentes, cum confertim densatis scutis milites tanquam murum in circuitum duxissent, currentes autem sine ordine, & quodvis

εἴτε σκεῦος εἴτε ζῶον ἀνατρέποντες ὥστε καὶ βοῆν αἰ-
 ρεσθαι συμμιγῆ πρὸς τὸ γιγνόμενον, τὴν μὲν ὑπὸ θεοῦς
¹ οἷς προσελάσειαν, τὴν δὲ ὑφ' ἡδονῆς οἷς καθ' ἐτέρους
 ἐναλλόμενοι, τέρψιν τε καὶ γέλωτα τὴν τῶν ὑποπιπτόν-
 των συντριβὴν παρείχον. ἐφ' οἷς οὐδὲ ἡ Περσίνα καὶ ἡ
 Χαρίκλεια μένειν ἐφ' ἡσυχίας κατὰ τὴν σκηνὴν ἐκαρ-
 τήρσαν, ἀλλὰ ² τὸ καταπέτασμα μικρὸν παραστεί-
 λασαι, θεαροὶ τῶν δρωμένων ἐγίνοντο. ἐνταῦθα ὁ Θεα-
 γένης, εἴτ' οὖν οἰκοθεν ἀνδρείῳ τῷ λήμματι κινούμενος,
 εἴτε καὶ ἐκ τῶν θεῶν ὀρμῇ χρησάμενος, τοὺς τε παρε-
 στῶτας αὐτῷ Φύλακας πρὸς τῆς καταλαβούσης τα-
 ραχῆς διεσκευασμένους θεασάμενος, ὠρθώθη τε ἀβρόον,
 καὶ εἰς γόνυ πρὸς τοῖς βωμοῖς πρότερον ὀκλάζων, καὶ
 τὴν ὅσον οὐδέπω σφαγὴν ἀναμένων, καὶ σχίζαν τῶν
 ἐπικειμένων τοῖς βωμοῖς ἀναρπάζει· καὶ τῶν οὐ δια-

obvium medio in spatio seu vas, seu animal evertentes:
 ita ut clamor mixtus tolleretur ob id, quod fiebat, par-
 tim prae metu ab his, ad quos delati fuerant, partim prae
 voluptate ab illis, quibus, dum in alios infilirent, dele-
 ctationem & risus materiam ex conculcatione cadentium
 praebebant. Quamobrem ne Perfina quidem & Chariclea
 manere quietae, & intra tabernaculum sese continere
 potuerunt, sed velamine paullulum amoto & subducto,
 spectatrices eorum, quae fiebant, existebant. Ibi Thea-
 genes, seu proprio & virili spiritu incitatus, sive etiam
 divinitus immisso impetu usus, & custodes, qui illi adfi-
 terant, dispersos propter tumultum exortum conspicatus,
 erexit se subito, cum antea ad aram genibus incumberet,
 & mactationem singulis momentis expectaret, lignum-
 que fissum, quorum magnus numerus in ara iacebat,

¹ Οἷς προσελάσειαν) Xyl. προσ-
 πελάσειαν.

² Τὸ καταπέτασμα) Vatic. &

Taur. παραπέτασμα, improban-
 te Dorv. ad Char. p. 445. Mox le-
 gendum forte καὶ ἐκ τῆς θεῶν ὀρμῆς.

δράντων ἵππων ἐνὸς λαβόμενος, τοῖς τε νώτοις ἐφίπταται, καὶ τῶν αὐχενίων τριχῶν ἐπίδραξάμενος, καὶ ὡς χαλινῶ τῇ χαίτῃ χρώμενος, μυωπίζει τε τῇ πτέρνῃ τὸν ἵππον, καὶ ἀντὶ μαστιγῶς τῇ σχίζῃ συνεχῶς ἐπισπέρχων, διαδράντα τὸν ταῦρον ἤλαυνε. τὰ μὲν δὴ πρῶτα Φυγὴν εἶναι τοῦ Θεαγένους οἱ παρόντες ὑπελάμβανον, καὶ σὺν βοῇ μὴ ξυγχαρεῖν διεξελάσαι τὸ ὀπλιτικὸν ἔρκος, τῶ πλησίον ἕκαστος διεκελεύετο. προϊόντος δὲ τοῦ ἐγχειρήματος, ὅτι μὴ ἀποδειλίασις ἦν μηδὲ ἀπόδρασις τοῦ σφαγιασθῆναι μετεδιδάσκοντο. καταλαβὼν γὰρ ὡς ὅτι τάχιστα τὸν ταῦρον, ἐπ' ὀλίγον μὲν κατ' οὐρανὸν ἤλαυνε, ὑπονύττων τε ἅμα καὶ εἰς ὄξύτερον δρόμου τὸν βοῦν ἐρεθίζων. καὶ ὅποι δὴ καὶ ὀρμήσειε τρεπομένῳ συνεφείπετο, τὰς ἐπιστροφάς τε καὶ ἐκβολὰς πεφυλαγμένως ἐκκλίνων.

κθ'. Ὡς δὲ εἰς συνήθειαν τῆς τε ὄψεως ἑαυτοῦ καὶ

arripit, & ex equis, qui non effugerant, unius dorsum occupat, & apprehensis crinibus ad collum propendentibus, iubaque tanquam freno utens, calcaneoque quasi calcaribus equum urgens, & loco flagri ligno fisso continue concitans, taurum, qui effugerat, agebat. Ac initio fugam esse Theagenis, ii, qui aderant, fuscabantur: & clamore, ne fineret illum extra septum armorum evehi, quilibet alterum, quem proxime adstiterat, cohortabatur. Ceterum procedente conatu, quod non formido esset, neque fuga maestationis, edocebantur. Affecutus enim celerrime taurum, aliquamdiu a cauda detentum egit, lassitudine conficiens simul, & ad celeriorum cursum bovem incitans: quo se autem concitasset, conversum sequebatur, gyrationes & exitus angustos caute declinans.

XXIX. Postquam autem illi notum & familiarem con-

πράξεως ἐνεβίβασεν, ἀντίπλευρος ἤδη παρίππευε, χρω-
 τί τε χρωτὸς ἐπιψαύων, καὶ ἰππείου ταύριον ἄσθμα
 καὶ ἰδρώτα κεραννύων, καὶ τὸν δρόμον οὕτως ὁμόταχον
 ῥυθμίζων, ὡς καὶ συμθυεῖς εἶναι τὰς κορυφὰς τῶν
 ζώων τοὺς πορρωτέρω φαντάζεσθαι, καὶ τὸν Θεαγέ-
 νην λαμπρῶς ἐκθειάζειν, ξένην τιὰ ταύτην ἰπποταύρου
 ἔγνωρίδα ζευξάμενον. τὸ μὲν δὴ πλήθος ἐν τούτοις ἦν ἡ
 Χαρίκλεια δὲ ὀρώσα, τρόμῳ καὶ παλμῶ συνείχετο,
 τό τε ἐγχείρημα ὃ, τι καὶ βούλοιο διαποροῦσα, καὶ
 εἴ τι σφάλμα συμβαίη, τὴν ἐκείνου τρῶσιν ὡς ἰδίαν
 σφαγὴν ὑπεραγωνιῶσα ὥστε μηδὲ τὴν Περσίαν λα-
 θεῖν, ἀλλ', ὦ τέκνον, εἰπεῖν, τί μοι πέπονθας; προ-
 κινδυνεύειν ἕοικας τοῦ ξένου. πάσχω μὲν τι καὶ αὐτὴ,
 καὶ οἰκτεῖρω τῆς νεότητος· διαδρᾶναί γε μὴν τὸν κίνδυ-
 νον εὐχομαι, καὶ φυλαχθῆναι τοῖς ἱεροῖς, ὡς ἂν μὴ
 παντάπασιν ἀτέλεστα ἡμῖν τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἐγκα-

spectum sui actionemque ipsam reddidit, iam ad latus
 adequitabat, cute cutem attingens, & anhelitum tauri-
